

de test. Crot. de test. nu. 273. dixi in pract. de test. par. 3. num. 272. Et in proposito inquisitoris generalis non sit publicatio, nec datur copia testimoniū super ea examinatōrum, Clar. questio. 49. versic. hæc autem, vbi alleg. Anton. de Cana. de quæstio. in 2. membro, num. 52. in fin. qui dicit, quod in inquisitione generali non videtur pars, seu reus certus, igitur non sit disputatio, & per consequens copia indiciorum non datur, & ita de consuetudine seruari testatur. Idem seruatur in Dominio Florentino, quia solum datur copia querelæ, & inquisitionis. Reis super quibus formant eorum defensiones quas quandoq; faciunt producendo interrogatoria, cum quibus instant repeti testes ex officio examinatos, sed quandoque & ut plurimum non dant talia interrogatoria, sed protestant habere illos pro repetitis falso iure opponendi contra personam, & dicta testimoniū, & super capitulis ad defensam interim curant suos testes examinari, deinde omnium tam ad offensam, quam ad defensam datur copia, & fit repulsa, & in hoc dico cum fueris Romæ Romano viuendo more, magis tamen placet practica Status Mediolani, de qua per Clar. questio. 23. ver. item quæro, que magis visu curiarum frequentatur; modo quæro si Reus datis interrogatorijs pro repetitione fienda, vtique eadem capitulauit, & probavit capitulata per testes, sed alij testes contra eum super interrogatorijs repetitis, totum oppositum dicant eius quod in interrogatorijs continetur, & ratificant eorum depositiones iam factas pro Curia, quodnam dictum prævalebit, an istorum testimoniū deponentium super interrogatorijs ad offensam, an aliorum depositionium ad defensam super capitulis; non loquor de testificatis pro Curia, sed de testificatis tantum super interrogatorijs rei, & certè mihi videtur quod reus dando talia interrogatoria, & ex alia parte satagendo eadem capitulare, & probare per suos testes, posuerit se in discrimine; quoniam certum est quod videtur approbasse fidem testimoniū pro curia, cum in hac parte super suis interrogatorijs vtique eos examinari petierit, quo casu non potest eos reprobare, per l. Pomponius, de negoc. gest. & per ea quæ dixi in pract. de test. in 4. par. sub. num. 215. & ex hoc probationes super capitulis elisæ remanent, & ideo aduentant Aduocati Reorum, ac Iudex ne recipient interrogatoria à Reo quæ habent vim capitulorum, vt adiuxti in dict. pract. de test. in 5. part. sub numero 212. circ. med. nec quæ sunt contra propriam Rei confessionem, Fatinac. de test. quæstio. 73. numero 72. & sequ. quæ sunt notanda, quia hæc à practica ducentur, tandem repeo an ante, vel post defensiones Reorum fieri debeat, nihil refert, dummodo fiat ante publicationem processus, & in hoc versatur summa prudētia Iudicis, ne destruat totem Mundum.

134. ¶ Si vero non præcedentibus querelis, sed ex officio in revisione criminalium syndicatorū repererit aliquid dolosum, vel turpiter, aut per fortes contumaciam, vel omissionem, tunc debet pro minori dispendio vocare Prætorem, & ostendere locum, in quo defecit, & dare noulam grauam numerum cum termino ad se defendendum, vt sentit Clar. quæstio. 6. vers. ceterum, in fine, & orientem primum debet eum audire, quia fieri potest, vt quod ei virtio adscribitur, sit alterius culpa, vel tate quid adducere possit, per quod statim excusat, & si altiorum requirant indaginem, tunc

oblata copia in illa parte duntaxat, in qua in individuo grauatur, & ei necessaria est, sufficit vt valeat copiam recipere si velit, & se defendere, deinde causam pro debito institutæ quamprimum expediti, aut sit relatio vbi fiēda, absque villa procrastinatione, mediante debita mercede, qua so. 135. luta & sciat D. Syndicator damaum ob mortam secundum Prætori, vel officiali, inferendum in conscientia ab ipso debere compensari, Narr. Manual. Confess. cap. 17. numero 20. & 21. Nec est permittendum, vt ludices ad syndicatum continuè sequi debeant syndicatores vbi que, & diu vexentur impensis, & laboribus, quia revera iste non est modus fauendi Iudicibus probis, l. 2. C. de status, quia in signum, & reverentiā pristinæ dignitatis Iudices venerandi sunt, argum. l. Diu Março, C. de quæst. Put. in verb. de officio Syndicatum, cap. 1. in pr. nc. & cum D. Syndicator sit, & ipso homo, debet praœculis habere, & memoria recolere, ne quod sibi fieri non vult, in aliud statuat, not. glo. in S. iuris præcepta, Institut. de iustitia, & iure, & meis auribus audiui D. Philidonem felicis memorie magnū Cancell. States Mediol. virum magnæ practica, & existimationis, nec non D. olim Camillum Trotum Senatorem integerrimum, & illius ordinis nemini prudētia, & virtute secundum, ægræ tulisse valde rala à duobus Prætoribus auditæ, & abhorrescere modum hunc extorquenti, & vexandi ludices sub syndicatu, & mirari de illis, qui talia tentare auli sunt contra dictos

136. Prætores probos, ipsis bene notos, & pro eis ius multum præsumit, l. 2. ff. de offic. Iudic. Hinc est quod quandoque pauperissimi Iudices coacti sunt causa tot vexationum iuam causam indefensam relinquere ob indebitas expensas, & persecutions; melius est enim damnum auferre, 137. quam id, & quod in eis iam consumptum est, postea consequi curare, vt dicit Iuriscons. in l. 1. C. quand. lic. line Iudi. se. vendic. vt refert Vinc. Manci. tract. de tutel. q. 8. nu. 1. 1. intellige quando non agitur de existimauione honoris, & famæ, sed solum de priuatorum interesse iniusto.

Vetum ne dum non fauetur officiali quandoque à nonnullis Syndicatoribus in fine syndicatus, sed adhuc recipiuntur querelæ transacto tempore dato ad querelandum, quod nullo modo fieri potest, per ea quæ suprà num. 93. dicta sunt, vt per Clar. quæstio. 51. versic. hac etiam, in fin.

138. cum ibi per eum adduct. vbi, nec in loco Syndicatus, nec in patria sua officiales amplius molestari possint, nisi pro debitis factis: & quod peius est, sub seculo recipiuntur querelæ, & sub incerto nomine accusatoris, contra iura, & generalem approbatam consuetudinem, Clar. quæst. 10. versic. scias autem, Spec. ut. de Deposit. §. 7. numero 10. At quibus comparandi, qui ita alios syndicant, non audeo dicere: quinimo permittunt obloqui de Iudice, & à sagittis lingue calumniantium feriti, immemores l. 1. in fin.

139. ff. de Magistrat. conuenien. ¶ cum scire debeant, quod offendentes officiale tempore iudicatus, pena capitinis puniuntur, Clar. q. 67. vers. iniuriam faciens, Put. de syndic. in verb. iuris, & in verb. de offic. Syndicatum, nu. 2. Rondinel. eo. tract. nu. 268. Nam etiam depositus ob finē conductiōnis ab officio adhuc appellatur officialis reverentiam prioris officij, vt concludit Andr. de Isern. in collit. Reg. de offic. magistr. iustitiae. & non licet Syndicatori permittere aliquem

quem officialem, siue bonum, siue malum iniuriari, sicutem propter qualitatem, & decorum officij. Iudex enim dicitur minister Dei, vt dixi in 2. par. num. 49. Et qui iniuriari ei, vel conuictum inferunt, puniuntur, & sunt infames, iudicii, scilicet de iniuri. I. istud, scilicet de appellat. vbi Bart. tenet, 140 quod tamen iudex in reuerentiam prioris officij torqueri non possit, dato, quod contra eum essent aliqua indica de aliquo delicto, ex quo Potestas dicitur caput ciuium, & ideo actio infamatio-  
141 na contra ipsum institui non debet. Liberi, scilicet accusat. & satis officiales probi torquentur, cum insidiatur eis in vita, & in honore tot querelis, & persecutionibus, ex quo iniuri ad judicium protrauntur, l. 1. s. persuadere, scilicet de ser. corrup.  
142 Si ergo permititur, ut officialibus in sine officij inferantur iniuria, & aperte calumniantur, neutrū iustitia frangetur, auctoritas & iudicium deprimetur & vilescent, & malorum hominum audacia pullulabit, & successores lento gradu procedent, vt inquit Put. d. verb. de offic. Syndicato-  
rum, cap. 1. Hinc Florentia splendoris iustitiae sta-  
tuta grauissime animaduertunt in offendentes, vel iniuriantes officiales, vel eorum familiam, vt cauerit in 3. lib. statutorum Rubr. 100. & 101. Aliud est enim syndicate, corrige & emenda-  
re, & iustitia mediante punire officialem, aliud  
143 est calumniari, iniuriari, & indebet persequi;  
142 tamen à iustitia iniquitas, dolus, iniuria & per-  
secutiones abesse debent, s. 1. Instit. de iust. & iur. dixi in 2. par. num. 50. Et reuera, si D. Syndicator bene animaduertit ad ea, quae suprà premonui num. 91. & considerabit, quod Praetor solus fuit præpositus ad corrigitos tot homines diuersorum motum, cervicum, & opinionum, & ipse Syndicator adiungit ad corrigitum, vnum vi-  
tum, toto populo seu plebe contraria, vni noua-  
tionum auida, certe misericordie eius, cuius misericordis non est, sic ubi ipsi tangens pulsum, scipsum in Praetorem probabit, & diligenter inuestigando inuenier, quod de centum iudicibus, no-  
naginta probi reperiuntur, sed de populi multitudine, quam pauci. Ijs de causis pro manuuentio-  
ne ne qui iustitia, & ut gentes viuerent cum illius  
144 trem ore tuti & incolentes, tamen legitur de eximia prudentia Sereniss. mem. magni Ducis Cosmi, quippe qui iudicium imperfectiones dissimulabat, iniustities, maxime quando certus erat de re-  
qua iudicis intentione pro salute, non autem ad perditionem animalium; & si quid in contemptum iustitiae, & officialium (quamvis minimi beruarij) attentatum esse audiebat, veritate comperta a fidis suis exploratoribus, nemini in hoc parcerat, sed & in rem & in personam seuerè ani-  
maduertebat usque ad fundamenta domus, tan-  
tus in eo Principe magno virtutis, & iustitiae ze-  
lus erat: dissimilare enim loco, prudentia est;  
145 & expedire quandoque audaciam illorum re-  
primere, qui audacieores redduntur si audiantur fux querela, & querelandi consuetudine non eos pudet officiales probos afficeret; nam aliqui sunt subditi, qui videntes officialem publice puniri ac vilescere, magnum festum faciunt, quamobrem voces eorum non exaudiens, ne querelantium audacia transiret in exemplum, & forte in con-  
suetudinem, & abusum, vt quorundam oppido-  
rum ac ciuitatum abusus est, pro quid minimo parare querelas, & machinationes contra Prae-  
tores. Caterium si Sereniss. Cosmus Medicis sci-  
uisset aliquem ex iudicibus communissile dolum

aut baratariam, inultum non relinquebat, sed magis secretè sub aliquo alio praetextu illum puniri mandabat in ære, vel in persona, & perpetuo intelligebatur priuatus à muncibus publicis in mente Princeps, & ab effectu exclusionis passim cognoscetatur, & hoc quidem dignè pro retri-  
menda audacia subditorum, & vt nernus iusti-  
tiae in suo robore permaneret. Attamen hic mo-  
dus, hæc zifra in Statu Mediol. non bene percipiatur, nimisrum si multoties iustitia deprimitur,  
146 & iudices indebet opprimuntur. tamen cautela pro iudice etit, vt dum viget authoritas sti mune-  
ris, & querelantium minas auditante tempus syn-  
dicatus, de ijs qua iuste, & licite iudices agint, præueniendo petat conservationem indemnita-  
tis eorumdem, l. 1. C. de magistrat. conuenien. &  
vti remedio l. dissimilari, scilicet de manumiss. Quo casu ille, qui promittit iudicem conseruare in-  
demnem propter iustum ac bonam causam, quæ  
habet, non dicitur iudicem corruptere, not. glo.  
eleganter, & Bart. in l. si quis vxori, s. si fugitiuū,  
scilicet de fur. refert, & sequitur Bald. in l. 1. num. 11.  
146 & 12. C. de pen. iud. qui male iudic. tamen Sed(men-  
tis) ab omni excusatione semoti, & ab omni  
humanitate ambitiosi officiales penitus exclu-  
duntur, l. 1. scilicet de ambit. multò magis ementes of-  
ficia, quæ vendi aut non debent, aut non solent,  
quoniam omnia mala i. i. agere presumuntur per  
fordes, per dolum, & per baratariam in auth. vt  
iud. sine quoquo suffrag. circ. princ. quem tex. ad-  
ducit Put. de syndic. in ver. officialis, cap. 3. quod-  
147 que comprobatur: tamen ementes officia ani-  
mum ditandi habere presumuntur, non autem  
zelum administrandi iustitiam, l. 2. C. de muri-  
leg. Gugl. Rouell. de iust. & iniust. lib. 3. cap. 3.  
num. 10. 11. & 12. qui pulchre loquitur, & emen-  
tes officia non solita vendi infames reputantur,  
a qua infamia necessitas, & consuetudo excusat,  
ad quod nihilominus est videnda Bulla Papæ Pij  
V. Bullar. 19. fol. 1157. de qua per Nauar. In suo  
Manual. confess. cap. 25. num. 7. & de iure com-  
munitatis plectuntur pena aureorum centum,  
l. 1. vbi DD. ad l. Iul. de ambit. Clas. S. simonia,  
versic. præterea, Caballin. Milleloq. 982. par. 2.  
vbi appellat hos Symianicos, cap. accepimus, in  
fin. de purg. Cano. & in auth. vt Iud. sine quo.  
suffrag. glo. in l. 2. C. de Murileg. lib. 11. Decia. de  
delict. tom. 2. cap. 38. num. 11. lib. 8. fol. 192. &  
omne malum contra huiusmodi iudices presu-  
mitur, Mascal. de probat. conclus. 1137 nu. 39.  
vo. 2. & contra hos iudicaturam ementes iu-  
nirunt. Io. Boter. d. tract. de rat. stat. lib. 1. tit. de mi-  
nist. iustit. qui refert dictum Ludouici Regis  
Gallorum X 11. Ementes officia multò carius  
venderet curant id, quod patui emerunt. Hic  
euam dixit, nequaquam concedendum fore ar-  
bitrium liberum huiusmodi iustitiae mercatori-  
bus, & ambitionis, quoniam carent bona con-  
scientia, & in Regno Neap. officiales in ingressu  
officij iurare tenentur ante omnia, & quidem so-  
lemniter, quod per eos nil datum aut promisum  
fuerit pro obtinendo illo officio, vt refert Afflict.  
super constit. rubr. 44. fol. 115. & ita de iure com-  
muni cauetur, vt in l. 1. & fin. C. ad leg. Iul. de am-  
bit. Clas. S. simonia, ver. præterea, Put. in ver. iura-  
mentum, cap. 1. Felyx. in cap. dilecti. de maior. &  
149 obed. & in f. statu Mediol. officiales ab hac la-  
bore sine penitus alieni, eo quod non possunt offi-  
cia iudicatur, nec vendi nec emi, nullivè con-  
ferti pretio, vel munus, vt ipsis per annos decem  
testis

testis sum. Et Genue similiter, Mantua & Florentia abest tantus error; quia officia & magistratus in premium approbat virtutis distributionem, non autem precio, vel munere, sed debitis cuiuscunq; sumptis informationibus officia, & præturae conceduntur viris probis, & Dei timoratis, iuxta l.2. C. de statuis, ac imaginibus, quia 150 talis est mens & credulitas concedentis; Et in signum honoris, & bene administratae iustitiae erigi statuae solent, vel saltu insigne illius, qui prefuit in administranda iustitia, & ita recentet etiam Put. in verb. premium, in fin. sicut etiam in patria Fiuzani seruat.

Verum quam amara sint, quæ dulcia fauibus eorum videntur, qui ambiant officia, & curas aliorum habent, cum difficile sit ita iudicare, ut pro sis & placeas; audiant (quæcio) omnes magistratus quid de eis sentiat Franc. Petrarc. de remed. vtriusque fortunæ, lib. 1. dialog. 47. circ. fin.  
 " Dulce nihil aut tranquillum spores: amara &  
 " turbida Præsidentium fors: festis diebus, ludis  
 " que, & conuicijs arecentur, muneribus clausum  
 " limen & apertum litibus, rectum iocis vacuum,  
 " plenum querimonijs, ac iurgijs, quicquid lan-  
 " guidum, quicquid agrum, quicquid marcidum  
 " in prouincia visceribus latet, totum ibi traclan-  
 " dum, curandum que obtigit, durum opus, quaest  
 " nempe negotij sit multos corrigeré, hinc patet,  
 " quod se se corrigit paucissimi.

Viso igitur de quibus officiales syndicandi sunt, à quibus, quo tempore, & de officio, cura ac summa diligentia D. Syndicatorum, nouissimā cautelam indemnitatē syndicandorum respiciēt. hic inferre duxi; vt nempe quam primum scuerint D. Syndicatorem in locum syndicatus venisse, Prætor vnā cum suis officialibus subsequentem hanc comparationem præuentoriā coram eo exhibeat, tanquam theriacam contra inquisitionem generalem; aduertendo tamen Prætor, ne onus defendendi suis officiales subeat, si illos ipse non eleget, vt infra docebatur, & in omnem casum consuetudo seruanda est, vt infra num. 161.

### FORMA COMPARITIONIS Præuentoriae.

Coram vobis D. Syndicatore, &c.

151† **C**omparet N. Prætor Nouaria, tam suo, quam suorum a officialium nominibus, & b' extra præiudicium semper, sed cum reservatione quorumcunque iurum suorum, & non aliter, nec alio modo, &c.

Dixit, & dicit quod ad suas aures, & c' notitiam nuperimè deuenit taliter qualiter, quod D. V. in hanc se contulit ciuitatem tanquam Syndicator, vnā cum N. asserto suo Notario, cauila syndicandi (d' vt assentitur) eundem D. Compatriatem, eiusque officiales, & alios de sua familia, & parte vestri emanatum fuisse, vel de proximo emanandum esse quoddam e' bannum, ad effectum, vt omnes querelare volentes Prætorem, & suos officiales debeant comparete intra f' dies quindecim coram D. V. &c.

Dicit etiam, quod statim D. V. ingressa est Prætorum, & g' officij possessionem accipere curauit, & pariter h' librorum, siltiarum Actorum, & orationum scripturarum criminalium originalium, & quæ omnia i' ex officio iam cœpit, vna

cum D. asserto eius Notario, reuidere & reuelare ac censurari; Quinimò quod nulla præcedente querela intelligitis formare quandam l' inquisitionem generalem contra ipsum comparatorem, & omnes eius officiales, & quæ forte iam forma ta est (vt fertur) & continuè m' secretas astumitis informationes contra eundem D. Prætorem, & alios officiales, ac si essent (quod negatur) homines mala vita, Dei, diuinarum atque humana rum n' legum contemptores, o' negligentes, p' dolosi, baratati, corrupti, & q' iniqui, atque culposi.

Quibus narratis si prædicta vera sunt (s' quod non credit præfatus D. Prætor) tam suo, quam omnium suorum officialium nomine, semper cum bona t' reuerentia, & pro u' manutentio ne honoris, & bona fama ipsius & suorum, & non aliter; In primis x' acceptando fauorabilia si quæ, &c. & in ceteris omnibus per vos factis, non consentiendo, y' dicit, & opponit tam contra personam D. V. quam asserti vestri Notarij, cum non constet (vt ante omnia constare debet) de legitima persona, nec de aliqua autoritate, & iurisdictione vobis syndicandi data ab habentibus potestatem, nec talia agendi, nec vos & tales esse, quales vos facitis, & dicitis, id est protestatur de nullitate actorum & agendorum, ac de incompetencia vestra.

Et casu quo vos tales sitis (quod non creditur) dicit, aa' intempestive per D. V. accessum fuisse ad syndicandum, & quod ex abrupto proceditis, bb' non seruatis seruandis.

Item dicit, quod cum ipse D. Compatriens, semper fuerit, & sit vir ee' Dei timoratus, & dd' probus, rectæ intentionis & integerrimus, sicut in alijs ee' præcedentibus officij se benè geslit, & pro tali habitus, reputatus & ff' laudatus fuit, non gg' potest, nec debet sub censuræ syndicatus subiisci, nec syndicatu' vestro stare tenetur, & quod hh' clarum, & notorium est, non debet per D. V. sub quoquis prætextu in dubiu' reuocari.

Item saluis præmissis, & ne aliqua u' ignorantia prætendatur (quæ in persona literata, & practica minime præsumitur) & ad omnem bonum KK' finem, & effectum dicit, & ll' protestatur, quod post mm' tempus datum ad querelandum, non debetis quoquis modo amplius audire quoconque querelare volentes, & ex nunc prout ex iūc, accusando contumaciam omnium quorumcunque intra terminum statutum non comparentium, & insuper petit, vt cogatis omnes querelantes, ad nn' satisfandum de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, contra quos pariter protestatur de omnibus oo' damnis, & interesse, tam passis, quam patientis, & de duplicatis ac quadruplicatis expensis, & contra omnes alios, de quibus infra, ac de pp' iniurijs, quas ex nunc ad animum reuocat, & de quibus reconueniendo agere contra iniuriantes suis loco, & tempore intendit.

Item dicit, & protestatur, quod nullo modo sunt recipienda querela, nec aliud contra D. Prætorem, & suos officiales, & famulos, in scriptis, vel oretenus, præsertim à qq' solitis querelate officiales tempore Syndicatus, minusque ab illis, qui alias hac de causa tanquam calumniatores condemnati fuerunt, nec ab illis, de quorum rr' interesse minime tractatur, nec ab alio ff' nomine alieno, nisi prius tt' de mandato legitimo in specie docuerit; nec etiam à quoquis tanquam vno

vno de *uuu* populo comparente, præstum quan-  
do fiscus præsens est, vel quando de priuato inter-  
esse agitur, vel etiam si ageretur de *xx* pœna  
fisco applicanda; Nec villa querela est recipienda  
ab illis, *yy* qui dicta de causa iam apud superio-  
res querelam porrexerunt, & qua iam fuit expedita,  
vel saltem à superiori sopia, aut cuius adhuc  
pendet expeditio, & ad hunc effectum D. Com-  
patens instat, & requirit interrogari cū *zz* iuramen-  
to omnes querelantes passim, vt dicant an  
alias querelam eiusdem causæ porrexerint, vel  
porrigi fecerint ad superiores, & item cogatis eos  
iurare de calunnia in forma, &c.

Et etiam petit, quod non recipiantur querelæ  
de *aaa* iniustitia ab illis quorum *bbb* ljs adhuc  
sub iudice pendet, nec à *ccc* forensibus, nisi de  
suo tractetur interesse, & datis prius debit s cau-  
tib; de quibus sup. Nec ab *ddd* ignotis, & in-  
certis querelatoribus nullo modo, multò minus  
à *eee* bannitis, *fff* periuris, *ggg* infamibus,  
& *bbb* criminolis; qui omnes à limine iudicij  
repellendi sunt. Item saluis præmissis dicit, non  
esse examinandos *iii* testes interessatos media-  
te, vel immedia te, *KKK* capturatos, inquisitos,  
tortos, vel condemnatos ab eodem met Prætore,  
seu de eius ordine, cum sint notoriè suspecti; Nec  
examinandos esse in testes illos, qui alias sece-  
*lll* congregauerunt pro remouendo dicto D. Præ-  
tore, vel aliquem de eius officialibus: Minus  
in testes recipi debere super alijs querelis illos,  
*mmm* qui etiam querelas porrexerunt contra  
Prætorem, & tandem non esse admittendos in  
testes quoscunque alios *nnn* reprobatos à iure,  
vel à consuetudine contra officiale in syndicatu.

Item dicit, quod non debent admitti *ooo* pro-  
bationes in syndicatu contra Prætorem, & offi-  
ciales, nisi sint legitimæ, veræ & perfectæ, ac luce  
meridiana clariores, tam in substantia, quam in  
omnibus *ppp* qualitatibus, ut iura requirunt. In-  
super dicit, quod officiales *qqq* de generali con-  
suetudine Italæ, & aliarum nationum non syn-  
dicantur, nisi de dolo, & barataria, & ita seruari  
communiter, ut notorium est, & magis commu-  
niter receptum apud Doctores magnæ existima-  
tionis, de quibus creditur D. V. esse bene *rrr* in-  
formatam, de alijs verò syndicari non debent,  
nec molestari, cum pro eis sit favorabilis præsum-  
ptio, nec possint syndicati, nisi de *sss* gestis in  
officio, & ex causa officij, secus de gestis ante,  
post, vel extra officium.

Item dicit, quod non intendit ex nunc *ttt* co-  
piam recipere exhibitorum, seu exhibendorum  
contra ipsum, vel eius officiales, nisi si & quatenus  
expeditat, & necesse habeat ad suam defensio-  
nem, & de omnibus alijs superfluis, non intendit  
ut modo aliquam soluere mercedem, multò  
minus processuum, & actionum criminalium ori-  
ginalium coram ipsomet Prætore factorum, nisi  
expedit, & necesse sibi sit, cum ad querelantes  
spectet ea exhibere, quæ pto fundamento sue in-  
tentonis deducunt contra ipsum, & eius offi-  
ciales.

Item saluis præmissis dicit, quod casu quo ali-  
quid commissum, vel omisum per *uuu* incutiā  
reperiatis (quod tamen non credit) id potius  
*xxx* errore, aut ex circumventione litigantium  
factum esse præsumatur, vt docebitur quatenus  
opus sit, & non aliter, ostensis sibi prius grau-  
minibus, quia paratus est statim, & absque pro-  
cessu disgrauamina vobis sufficienter ostendere;

*yyy* partesque vestras esse Prætorem oretenus  
interrogare, & si similiter oretenus eius excusatio-  
nem recipere, absque vlla inquisitione, & scri-  
ptura, prout ita fieri instat, & petit.

Et ubi nil *zzz* turpe, dolove malo factum  
esse constiterit, siue ex *aaaa* officio, siue ad in-  
stantiam partis, petit eum cum suis officialibus  
*bbbb* absolui, & liberari sine *cccc* dilatione,  
declarando Prætorem ritè recteque se gessisse,  
& *ddd* condemnando querelantes, & omnes  
alios *eeee* accusatores, procuratores, solicitato-  
res, aduocatos, instigatores, & consultores, ac con-  
tra quoscunque alios, & eorum *ffff* heredes, in  
omnibus expensis, damnis & intercessione, prout su-  
prà protestando, & reconueniendo eos ex nunc  
actione *gggg* iniuriarum, & quod debitis pœnis  
tanquam meri calumniatores feriantur.

*hhhh* Petens, & requirens, vt suprà, & *iiii*,  
non tantum dicto modo, sed & alias omni alio  
meliori modo in principio, medio & fine prote-  
stans respectiuè, non se *lll* adstringendo, &c.  
saluo, &c. Quinimò protestatur potius velle  
*mmmm* carere exhibitis, quam in aliquo sibi  
præjudicate per aliqua, quæ dicat, vel faciat. Et  
ulterius petit, & requirit, vt omnino cogatis om-  
nes, & quoscunque querelatores ad eligendum  
*nnnn* domicilium, quod pro omnibus deseruat  
in ciuitate Mediolani (casu quo inibi, syndica-  
tum expediri oporteat) ad quod aduersarij citari,  
& moneri valeant, ne immensis laboribus, &  
superfluis expensis dictus D. Comparens, & eius  
officiales vexentur, neu hinc inde frustra vag-  
etur, sed vt causa facilius, citiusque expediatur.  
Petens dicto etiam nomine *oooo* citari ad om-  
nes, & quoscunque actus præjudiciales, alioquin  
protestatur de nullitate, & ex nunc petit copiam  
*pppp* Relationis definitiæ per vos fiendæ coram  
N. antequam transmittatur cum termino deduci-  
endi omnia ea, quæ deducere voluerit, & inten-  
dit, & ipsum D. Comparentem ac eius *qqqq* iu-  
ra, & defensiones audiri, *rrr* offerens pro sui  
parte, ac dictis nominibus ea facere ad quæ tene-  
tur, &c. *ffff* Protestans per se non stare, & præ-  
dicta omni etiam alio meliori modo, &c.

## G L O S S A E H I C S E Q V Y V N T V R.

**L**ibelli huius prævotorij forma quamvis opus  
non sit in quibusdam prouincijs, & nunc  
nous modus appareat, primaque facie minime  
152 necessaria esse videatur, t cum Syndicator ra-  
tione sui muneris, & iniuncti oneris certus esse  
debeat, & præsumatur de omnibus, quæ ad suum  
officium spectant; nihilominus utilis, & iuridi-  
ca est, quippe quæ officialium syndicandorum  
indemnisti prouideat, sumpta ex doctrina Bart.  
in l. non solum, §. morte, num. 50. & 56. & in l. de  
pupillo, §. morte, ff. de nou. oper. nunciar. & à l.  
diffamari, C. de mapumiss. quoniam Syndicato-  
res constituantur, & alij eiusdem auxiliatores in  
mora, dolo & negligentia ac culpa non seruantes  
prænarrata in dicto libello, à quibus sub prætex-  
tu ignorantiae minime excusari possunt, & de hac  
protestatione est tex. in cap. pastoralis 16. quest. 3.  
l. vt perfectius, C. de annal. except. alia iura addu-  
cit Pap. in form. declinan. iurisdict. in glos. pro-  
testans, num. 4. & ibi addit lit. c. l. mora, ybi. D.D.  
ff. de vñur. Bald. de Vbal. in sua pract. tit. de extra-  
ord. quest. 1. q. ibi, nam facta denunciatione non  
caret dolo, text. in l. at qui aliter, ff. quod vi, aut  
clam,

clam, vbi DD. D. Menoch. de arb. quest. 66. n. 4. circ. fin. & iuuat etiam Syndicatem, qui certificatus scire potest qualiter se gerere debeat, & est similis cautela quam trad. Catal. de syndic. relatæ à Put. eod. tract. in ver. iniuria officialis, cap. 1. num. 4. & non potest estimari beneficium huius præventionis, nisi ab eis, qui pluries sub syndicatu manserunt: quoniam licet Syndicatores multa facere prohibeantur, tamen facta rehent, s. l. patre furioso, ff. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur. ideo  
**153** si ante factum, † & re integra quis monitus, & interpellatus fuerit, & protestetur, omnia inde secuta sunt nulla, Put. in verb. instantia, cap. 2. cito. fin. & multa in practica ex sequentibus glossis percipientur non spernenda, melius est enim opportune præcautere quam post vulnus mederi.  
**154** a † Officialium: dixi supra num. 81. Prætorem non teneri pro officialibus suis, nisi ipse eos elegerit, & hoc est regulatiter verum, ita tex. in l. 1. ff. ad leg. Iul. repetun. Bartolus tamen in l. magistratus, ff. ad municip. dicit standum esse consuetudini. Nec pro consilio Alesforis ab eo non electi, Bald. l. fin. num. 7. ff. de pœn. iud. qui mal. iudica. Dec. in l. 1. Quid quisque iur. Bald. tit. de offic. corr. pecun. num. 27. Caro. tract. loc. & conduct. par. 3. tit. de var. & extraor. cogn. num. 15. sed in omnem casum Potestas non tenetur pro furtis, rapinis, & baratarijs commissis à suis officialibus, vel ab alijs de sua familia, nisi quatenus participauerit, vel ratum habuerit, secus de ijs, & de alijs gestis extra officium, Mars. sing. 560. num. 4. & 5. Put. de syndic. in verb. familiares, seu familia, cap. 5. num. 1. 2. & 3. & per tot. Quarto an Dux militum, vel Caporalis teneatur de facto suorum militum, iuxta l. 1. ff. ad leg. Iul. repetun. vbi videtur quod sic, Bart. in l. magistratibus, ff. ad municip. & Soc. in l. cum filiusfamilias, de verbis. obligat. nihilominus obstat illa regula vulgata & Christiana, quod alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, & habemus auctoritatem Clar. in §. fin. quest. 86. in princ. & ibi Baiar. num. 8. qui allegat Bero. in cap. 1. de restit. spol. num. 41. cum seq. multò minus si non constaret de delicto, vt dixi in 3. & 4. par. præsttim num. 210. versic. & quoniam, vbi quad probandum corpus delicti, dixi non esse standum personis interessatis, simulque infamibus, rationibus & iuribus supra in primo obiecto contentis, & in omnem casum si non potest iurari in item contra eum, qui aliquid habuisse fateur, vt supra in casu præsenti firmauimus, multò minus potest iurari in item contra dictum Caporalem pro facto suorum militum, ita luculentexpli cat Plot. in d. l. si quando, num. 768. & 832. & pulchrè Menoch. de arb. iud. cas. 208. num. 9. fol. 214. & q. 65. num. 12. vbi eligenti nil imputandum esse, cum sua culpa electus in officio deliquerit, & Caporalis non tenetur de huiusmodi cassibus fortuitis, qui obesse non debent viro probbo, arg. l. si à bonæ fidei, ff. de rei vendic. & multò minus quia dictus Caporalis non eligit dictos milites, vt ita sentire videtur Menoch. d. cas. 65. num. 12. & optimè Put. de syndic. in verb. familia, l. 3. sub num. 25. & cap. 4. num. 2. vbi si quid ab officialibus extortum sit, non præsumitur de confessu, & mandato Rectoris extortum fuisse, alleg. cap. cum ad sedem, de restit. spol. & Bald. in l. ad inuidiam, C. quod met. cau. & idem Put. in c. 5. num. 9. à contrario sensu, & confert dictum Bertraz. consil. 199. num. 2. lib. 1. nec inferior deberet

diffidere de ills, de quibus superior confidit, & quos superior elegit, & propterea non tenetur Caporalis, si non elegit, vt supra, vel si non mandauit militibus, vt ita facerent, prout non constat talis iussisse, vel permisisse, cum prohibere potuerit, vel aliquid ad eius manus de manibus militum peruenisse, immo prouidisse malis, quantum in se fuit, vt in processu, & ideo non tenetur de eo, quod ipse Caporalis non fecit, nec fieri iussit, Bald. in l. 1. num. 14. versic. sed quero, C. de seru. fug. & pulchritudine ac in terminis terminantibus loquitur Felyn. in cap. Petrus, col. 3. num. 11. vers. declara, de homici. nisi officiales essent dati ipsi Caporali ab alio superiore, & ipse eos non elegeret, quia eorum delicta non imputabuntur sibi, quod bene notandum esse ait Felyn. ad exemplum Iudicem, Custodem, Castellanum, Ducem, Caporalem & altos huiusmodi, & ita iudicatum fuit Florentiæ hoc anno me patrocinante, vide in propos. Farinae. de delict. & pœn. q. 21. num. 88. & Cœpol. cautel. 215. vbi docet quomodo officiales in syndicatu non tenebuntur. Sed nulla melior cautela erit, quam timere Deum, & manus habere mandas, & lumbos præcinctos, & in proposito Ducum, & Caporalium militum vi. sup. in prima par. sub num. 278.

Si vero nihil ad Potestatem peruenierit de male gestis per suos officiales, vel non ratificauerit exhibendo eos, liberatur, l. si cum exhibuissent, ff. de publ. & non tenetur nisi pro pœna pecuniaria, vt dixi num. 81. & Put. in d. ver. familiares, cap. 3. num. 26. & seq. vbi semel exhibendo liberatur, & in cap. 5. num. 10. † dicit non tenetur exhibere famulum bannitum, nisi bannum fuerit affectatum ad not. per Bart. in l. 1. in fin. ff. de questio. vide Amad. num. 196. 197. 198. & 199. & in dubio non est mala sumenda præsumptio contra Prætorem, de eo quod male factum esse dicitur à suis officialibus, Bald. in l. 1. in fin. C. de Episc. & Cler. Put. d. ver. familiares, cap. 3. Azo omnino vide in sum. C. de offic. Rector. prouinc. vbi de officio iudicium, & de omnibus gerendis, & ad eorum officium spectantibus, & ibidem, an munera accipere, & an potestas possit cognoscere super delictis familiae, ac de alijs in hoc prædicto; † Etsi quod potest constitui procurator, tam à Prætore, quam ab alijs, qui syndicari debent, vt pro eis in syndicatu respondeat, not. gloss. magna in l. bonæ fidei ibi finito officio, C. de iure iurian. sequitur Catal. de syndic. num. 40. est text. in l. 1. §. quod si intra, C. vt omn. iud. lo. de Amic. consil. 139. num. 12. in fin. nisi ageretur criminaliter ad pœnam corporalem per supradictos DD. vide sup. num. 112.

**157** † b Citra præiudicium: hæc clausula appellatur conseruativa, & præseruativa de stylo, & est uti Antidotum contra venenum, & notandum, quod huiusmodi clausula in principio posita referatur ad omnia sequentia, Bart. in l. 1. num. 3. de liber. præter. & intellige si congruit, & iuuat super omnibus, vt per eundem Bart. in l. cum pater. ff. de pact. dotal. sicut etiam dicitur de clausula in fine posita, quæ respicit etiam præcedentia, in l. talis scriptura, de legat. primo, sed clausula quæ est in medio posita referatur ad utrumque, scilicet ad sequentia, & præcedentia, & tunc dicitur esse verum, quando est posita in medio diuersorum capitulorum, quibus conuenire possit, secus si in medio unius capituli tantum, quia solum ad illud respicit Bart. in d. l. cum pater, ff. de pact. do-

- tal. & in l. i. nu. 4. de lib. præter. & in l. et si perceperit. s. filius. de liber. & posthum. vide Marant. de ord. iud. par. 3. num. 112. fol. 27.
- 158 c Nuperimē: ) † quia per taciturnitatem in re presenti quis de suo præjudicio nihil dicens, videtur contentur, Bart. in l. i. C. de relat. & in l. ne in arbitris, in fin. C. de arb. B. l. d. in l. emancipatione, C. de fi. l. instru. vide add. ad Pap. in for. except. contr. positio. ver. quibus adde.
- 159 d Ut aliteritur: ) † hoc verbo se aper vt debet, qui vult actum impugnare, ne videatur fate ri, Bald. in l. non nudis. q. 1. C. de probat. vbi assercio, & confessio differunt, sed Pap. in for. libell. appellat à senten. definit. credit nihil referre in glos. occasione, num. 2. tamen Baldi opinio est recepta.
- 160 e Bannum ) † nil aliud est, quam comminatio, Put. in ver. officialis, cap. 5. per tot. & in verb. instantia, cap. 1. & de hoc dixi suprà num. 94. & bannum factum à Prætore, quod si quis prætentat à suis officialibus, compareat coram eo in certo termino, an officiat alijs creditoribus, vide eundem Put. in ver. bannum, cap. 1. vbi dicit, quod non, per tex. l. pars literarum, ff. de judic. & an terminus ad porrigidendum querelas de iure communi possit abbreviari, hoc non habet dubium, quoad iudicem liberi arbitrij, Carauit. rit. 295. num. 29. & bannum syndicatus in scriptis publicari debet iuxta solitum in locis consuetis affigi, Put. in re pert. in ver. Syndicato tenetur banna.
- 161 f Dies quindecim: ) † Nota, quod in statu Medioli. adjunt ordinationes ita disponentes, edita die 4. Decembris, 1567. certam formam tradentes, ultra not. constit. in tit. de offic. Vicar. general. vbi traditur modus, forma & tempus syndicandi, & in ijs attenditur stylus, & etiam nota, quod stylus concernit modum procedendi, consuetudo vero modum decidendi, & sic diffe rent Caualc. decis. 11. num. 45. par. 1. † vbi contra ius, & statutum stylus nunquam est attendens, & stylus potest vites sumere à consuetudine, non econtra, Cuch. instit. Cano. tit. 8. & 9. & de stylo, obseruantia & consuetudine, ibi car. 46. Consuetudo enim altera lex dicitur, l. minimè, ff. deleg. Et nota, quod Principum rescripta nunquam à stylo curia sunt interpretanda, sed secundum ius; Bald. in rubric. de constit. Prince. & in tit. si contr. ius vel vtil. publ. quod facit contra illos iudices, qui in euidentiam damnum ita iudicant contra animam, & contra proximum: sed quicquid sit erga eorum sententias, tamen secus est quoad rescrip. a Principum.
- 163 g Officij possessionem: ) † Notandum, quod Syndicator tempore syndicatus non tantum curat, vt Iudex & ceteri officiales reddant rationem vilificationum suarum, sed etiam officio iudicis ordinarii fungitur, quoad alias causas ciuiles, & criminales orientes tempore syndicatus inter prouinciales & alios, quoad procedendum tantum, non autem quoad iudicandum, l. i. C. vt omn. cau. tam ciuil. quam crim. & in auth. vt Iudex sine quoquo suffrag. s. necessitate, & donec successor aduenerit, & ideo percipit salarium ordinarium, Put. in ver. salarium, cap. 4. versic. an Syndicato, num. 1. & 2. vbi dicit, habere me rum & mixtum imperium, & in multis locis successor syndicat præcessorem, & ita clausus clauo truditur.
- 164 h Librorum: ) † ad officium Syndicatoris spectat recipere quæcunque originalia, cum in ventario ei consignanda, ad hoc, vt successori venturo consignet.
- 165 i Ex officio: ) † tenetur teuidere omnia acta & processus originales diligenter, & ea facere de quibus suprà, num. 122.
- 166 l Inquisitionem generalem: ) de hac dixi num. 93. & trad. Amad. de syndic. formam, num. 21. & 48. Put. in verb. inquisitio. cap. 1. 2. & 3. num. 8. & hæc formam publicam non requirit præcedentem, secus specialis, Farinac. de inquisitio. q. 9. num. 16. & hæc inquisitio dicitur generalis quoad d. licita, & specialis quoad personam officialis, contra quos est forma, vt per eundem Amad. num. 25. qui num. 161. dicit triplicem esse speciem inquisitionum generalium; prima, quæ fit per Potestatem in principio officij ad expurgandam prouinciam malis hominibus, l. congruit, ff. de offic. Præsid. secunda, quæ specialis est quoad delictum, sed generalis quoad personas, vt cum de delicto constat, & ignoratur à quo factum sit; tercia species, quæ generalis est quoad delicta, sed specialis quoad personas, vt quia delinquentes sunt noti, & dubitatur, ne mala committantur ab eis, vbi dat exemplum de Visitatore Ecclesiæ, Baldus de Perus. in tract. suo de syndic. num. 5. dicit, quod per hanc inquisitionem processus dicitur magis odiosus, quam factus per accusationem. † Hodie vero loco inquisitionis sufficit bannum in certis prouincijs, & in omnem casum non sufficit inquisitio generalis, si super ea sumptæ fuerint informaciones, nūli specialiter officiales postea inquirantur, Amad. num. 28. quia generalis inquisitio est præambula ad specialem, d. l. congruit, de offic. Præsid. & Bald. in l. obseruare, s. proficisci, ff. eod. vide Ang. in l. si vacantia, num. 79. cum mult. seq. & num. 170. 171. & 190. C. de bon. vacant.
- 168 m Secretas informationes: ) † illas ita recipi prohibitum non est, verum sumenda sunt eo modo quo suprà, & ad effectum prædictum, vt dixi num. 113. cauendo à falsis, & malevolis ac ab imposturis, & calliditatibus, de quibus suprà, ne quæatur nodus in scipo, contra probum ab iniuridis.
- 169 n Contemptores: ) † Notandum, quod contra officiales non est facienda scrupulosa inquisitio de consuetudine, Put. in princ. de offic. Syndic. licet secus de rigore iuris, vt inquit Catal. de synd. c. num. 173. sequendo Bald. de P. r. us. eod. tract. num. 8. multò minus sunt inquirendi, quando infamantur à suis inimicis & malevolis, Catal. num. 142. q. 213. & super quibus inquisitio formari debeat, vide supra num. 93.
- 170 o Negligentes: ) † de hoc satis dictum supra, num. 43. 46. 68. & 72. & negligentia, quæ prouenit à mala sanitate, vel à naturali tarditate, & non affectata, nec supina aut dolosa omnino excusat, l. magna negligentia, & ibi DD. ff. de verbis obligat, Bald. in l. Mancipa, C. de seru. fugit. Bart. in l. cognitione, ad Sylleia. Clar. q. 73. ver. item Index, Menoch. de arb. cas. 341. Maicard. de probat. conclus. 1088. & ideo bonum est certiorari.
- 171 Syndicatorem: ) Nec iustitia dicitur denegata stantibus prædictis, maximè quando Iudex dat responsum, & se ob moram excusat, & non tacet, Put. in ver. iudices, cap. 11. & cap. 14. & 18. per tot. Item non dicitur negligens propter perplexitatem opinionum, Catal. num. 34. Amad. num. 123. tenendo opinionem deteriorem in du bio

bio nō potest syndicari, Menoch. de arb. cas. 3; 9. num. 19. excusatur etiam sequendo opinionem sui Magistri, Put. in d. ver. iudicare, cap. 3. num. 6. & 13. Cott. memor. in ver. Doctor malē iudicās, licet in dubijs potest determinare per argumenta & legum rationes, Put. d. ver. Iudex, cap. 2. nu. 23. & in ver. iudicare, cap. 3. num. 6. & 13. Item quando ex alijs causis fuit praeuentus excusatur, quia prior tempore potior in expeditione, ar. C. qui potior. in pign. & vide in ver. iniustitia, & in verb. bene informata alioquin, qui recusat facere iudicatum, vel qui iudicato parere nolunt, carent munere, & honore, & compelli possunt subiecti captis pignoribus, & per excommunicationem, Gabr. Bud. de pign. & hypothec. tit. quæ res pign. oblig. nu. 29. & Iudices faciunt litem suam. Put. de Syndic. loc. cit. Item non dicitur negligens, si pars non petijt, l. 1. C. vt in tra cer. temp. Item si facto aduersarij, l. libertatem, C. de adult. Item propter difficultatem probationum, Bald. in authent. Clericos, C. de Episc. & Cler. & propter subtilitatem iuris, id est Bald. in l. Labeo, C. quom. & quan. Iudex; & ad hanc vide Put. in ver. instantia syndicatus, cap. 6. per tot. + vbi multa ad excusationem iudicium adducit, & ibi num. 2. dicit, quod propter breuem instantiam potest Iudex omnes terminos cumulare, per l. properandum, C. de iudic. & ibi DD. quod potest statuere terminum ad articulandum, ponendum, probandum, & probatum habendum, instrumenta producendum, excipendum, & replicandum, & nō currit tempus iudici, hoc puto verum in causis sumarijs, vt in causis mercatorum, & misericordium personarum, & huiusmodi, & dummodo impossibilitas non resistat. Verum vbi que ferre sunt statuta circa modum, & instantiam, tam in causis ordinarijs, quam sumarijs; ideo hodie parum seruatur dictum Putei, qui sub nu. 2. dicit, quando terminus statuitur iudici, non permittitur instantia, secus si instantia, vide eundem in verb. sententia, & in ver. instantia, + & scias, quod qualibet causa nulla excepta habet instantiam, Cauale. decis. 17. num. 17. fol. 245. cum ibi per eum adduc. par. 1. siue sit sumaria, siue executiua, Ias. in l. properandum, in princ. ff. de iudic. Vnde quotiescumque causa habet contradictorum, semper aliquam instantiam habet, Paul. Cast. in l. 1. num. 5. C. de iure iur. & Affl. Et. decis. 3460. & in criminalibus est biennij, in ciuilibus triennij, l. properandum, C. de iudic. A. Sib. pract. cap. 3. fol. 4. & 15. vi. sup. in 4. par. sub num. 98.

174. p. Dolosi, baratarij, & corrupti: ) + dictum est supra, num. 67. cum mult. seq. & videlicet. 2. & ibi DD. ff. quod quisque iur. horum duorum accusatio est popularis, Bajar. ad Clar. quest. 73. num. 21. & ille, qui iudicem corruptum, causam perdit, & si ex pluribus iudicibus unus sit corruptus, sententia valet respectu aliorum, & iudex corruptus famam perdit, & damna resarcit, non obstante, quod per illam sententiam nullam excusari possit, Put. in verb. corruptio, cap. 1. 2. & 3. quod verum est, si adeo dolus, Amad. de syndic. nu. 140. sed si solum xenia, & quæ sunt à superioribus, vel à consuetudine permitta accipiat, vt sup. num. 38. tunc non dicitur Iudex corruptus, DD. in c. cum 175 ab omni, de vit. & honest. Cler. + Et Procuratores, & Aduocati, qui iudices corruptum, vel à clientulis pertunt munera sub praetextu donandi iudici, quamvis pro iusta ferenda sententia, vel pro culpabili condemnando, sunt infames,

& barri appellantur, si munera vel pecunias receptas hac via pro se retinent, Bald. in l. 1. C. de cupressi. lib. 11. & Put. in verb. Iudex, c. 12. nu. 11. & in verb. corruptio, cap. 1. num. 6. vbi Iudex, & corruptentes à pari procedunt, & num. 10. 11. & 12. per quem text. Ang. exclamat contra Adiuvatos, & Procuratores hoc promittentes, & iactantes se magnam cum iudice habere amicitiam, quæ quandoque parit contemptum, & nulla pestis maior, quam familiaris inimicus, quare citò, longè & tardè ab istis, vt inquit Rip. de remedio contra pest. in princ. & illi, qui votum iudicis propalant tenentur pena falsi, Put. in verb. Iudex, & in d. cap. 1. in fin. & pena est capitalis, in pract. de test. par. 5. num. 222. & seq. facit text. in l. omne delictum, §. exploratus, ff. de re mil. pulchre Farinac. de inquisitio. quest. 4. num. 14. & 15. facit tex. in l. placet, C. de Sacrosanct. Eccles. vbi pena exilij est arbitria iuxta qualitatem causæ. Et Clericus, qui secreta sui Principis secularis reuelat punitur ad instar laici, Menochii. de arb. centur. 6. cas. 37. Et potest ei sciri à Principe quando est verè ei suspectus secundum Abb. in cap. 1. col. fin. ver. item potest, de elect. idem in c. cum terra, col. 2. eo. tit. idem quando est Populo notoriè exodus, & imminent periculum scandali secundum etiam Felyn. in cap. 2. ver. Decimo, de præsct. tamen hanc fieri possent, quando periculum esset in mora, & semper cum participatione sui superioris, vt per Bald. in cap. 2. §. si clericus; de pac. tenet. vi. quæ dixi sup. in 2. par. sub nu. 124. in fin. & per Menoch. loc. cit. & Sacerdos reuelare non potest confessionem sacramentalis etiam ob malum evitandum, S. Thom. & sum. in verb. confessionis. Nauarr. Manual. confess. cap. 18. num. 52. S. Anto. sum. p. 3. tit. 17. & Decia. tit. de auxil. sub num. 19. lib. 7. tom. 2. cat. 125. Ang. tract. malef. in ver. the hai tradito, num. 18. Aug. ibi vbi de Sacerdotibus reuelantibus confessionem, & de Consiliariis Principiū. De silentiarijs Assessoribus, & huiusmodi, qui iuxta qualitatem delicti puniri debent, vt ibi: ideoque multum admiratus sum, quod D. iudices Fiuzani multoties, & ferè semper ante tempus vota propalent, quæ sub secreto, & sigillo transmitti debent ad DD. octo Baliae ciuitatis Florentia, & reuera abusus est, & eget correctio. 176 ne, + & nota quod si unus seipsum reuelet, non consequitur præmium, Bart. in l. 1. §. si tibi, ff. de condicione ob tur. cau. secus in crim. l. a. Maest. Gig. de crim. l. a. Maest. lib. 2. quest. 19. sed alij officiales tenentur reuelare baratariam, Bajar. quest. 73. num. 24. Et hic nota, quod si Prætor est querelatus, quod vi & minis extorsit pecunias pro aliquo officio conferendo, & in querela addantur qualitates quod indebet, & iniuste extorsit, si ita eius antecessores consterit officium conferri consueuisse sub præmio, tunc querelator, ne dum tenetur emendate damnum, & expensas Prætori, sed etiam tenetur pena capitali propter illas quatuor qualitates, vi, minis, indebet & iniuste extorsit, Clar. q. 66. ver. sed quid si pro parte 177 per supradicta. + Nam Prætor, qui fecit quod suis antecessoribus permisum fuit, non est illo modo redarguendus, Rondinel. de syndic. num. 125. ver. quod si curia, eod. tract. cap. 17. num. 66. versic. & si aliter, car. 141. idem dicitur de illo, qui querelauit Prætorem, quod penes se retinuit pecunias, & res subhaltatas, si constat illas penes officium, nomine cuius interest depositatas fu-

se querelator succumbit, idem de eo, qui querelauit ob capturam soluisse coacte scutos decem Prætori, Baticello, & alijs, quia constito, quod ad capturam deuentum sit præcedente querela ex causa graui, vel agatur contra forensem, & periculum sit in mora, & deducta à querelante suspicione fugæ, tunc satis iustificata dicitur capture, per ea quæ latè dixi; & quoad pecunias, si sunt debita iuxta solitum, nihil est: sed quoad illam qualitatem coacte, ea non probata, dixi quod querelator succumbere debet per supradicta, & præcipue sub num. 103. verum per calumniam præsumitur querelasse, si de pecunia ad manus Prætoris nil, aut parum petuerit, & illud parum debitum esse, & alios officiales non querelant, ad quos tota, vel ferè tota pecunia peruenit, l. 1. §. calumniatori, ff. ad Turpili.

178 q Iniqui:) † Iudex habet liberum, & absolutum arbitrium non potest teneri, si ex causa à iure permitta ius iniquum statuit, non quia licet, sed vt sapè dictum est, in foro fori ex causâ licet iura ciuilia, & statutaria transgredi, & hoc de iure iniquo satis dictum in 3. par. nu. 271. cum mult. seq. & hic notandum, quod multum versatur in præct. arguitur sapè sententia, tanquam iniqui, & iniusta ex nouiter probatis, quæ antea rebus st̄ntibus insta videbatur, vel saltem non videbatur iniqua: tamen Iudex, qui primam sententiam tulit, non tenetur in syndicatu, Pap. in form. libell. appellat, glos. iniquam, nu. 1. Bald. in l. fi. C. de pœn. Iud. qui mal iudi. & in l. eos, C. 179 de appell. A mad. de syndic. sub nu. 137. † Multo minus. Iudex tenetur de sententijs malèlatis propter diueritatem opinionum, Catal. nu. 34. & 35. & ut suprà à nu. 56. vsque ad nu. 59. & 171. prædicti; Iudex qui sententiam tulit, quamvis per appellationem his reuocata fuerit, si tempore syn dicatus arguitur de iniustitia, & iniquitate dolose, tunc potest suam defendere sententiam, Boer. decisi. 259. nu. 9. vbi per probationes, & iuris allegationes, Put. in ver. Iudices ad syndicatum, c. 2. nu. 21. vide infra in ver. relationis, suprà num. 58. quoniam fieri potest, vt defectu, & negligentia eius, qui primam sententiam obtinuit, illa fuerit reuocata, & negligentia partium non debet nocere iudici, l. fin. ad Sylleia. cum mult. simil. & dixi suprà in ver. negligentia, nu. 170. item exped. vix nouiter deductis sententiis mutetur in melius, Dec. consil. 334. viso, vol. 1. Sed quando non constat de dolo, non potest Iudex in ciuilibus causis (in quibus succursum est per appellationem) syndicari de generali consuetudine, vt suprà nu. 61. bene debent castigari illi, qui in querela dicunt, & allegant Prætorem dolose, scienter, & appensate iniquam tulisse sententiam, vt morem gereret aduersario, & vindictam sumeret contra querelantem: nam qualitas deducta, & non probata in querela facit succumbere, Joseph. Cumia. de syndic. c. 14. nu. 25. & suprà glos. antecedens. cir. fi. & nu. 103. et 104. Hinc est quod multi querelantes succumbunt, ab eorum animi peruersitate ducti, quia non stant super meritis causæ, sed addunt in querelis informatorias qualitates valde exorbitantes contra Iudices, quibus non probatis in totum, succumbere dicuntur per supradicta.

180 r Culpa:) † lata culpa æquiparatur dolo, vt dixi nu. 72. & procedit quando poena est pecunia, nisi statutum requirat dolum; Bart. & DD. in l. quod Nerua, ff. de poss. & l. in lege, ff. de sicut,

pulchrè Pap. in for. inquisitionis, glos. appensate, nu. 4. & 5. Bec. consil. 37. lib. 1. Farinac. de carcer. q. 3 1. vide sup. cap. 4. quid in Iudice liberum arbitrium habente iam dictum est, & vide etiā Put. in verb. arbitrium, nu. 16. & in verb. pœna, cap. 8. col. 3. Bart. verò in l. 2. ff. de ter. mot. dicit quod pro culpa leui potest etiam agi criminaliter (non dico contra officiales) habentes iurisdictionem, sed contra alios, per l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœna. sed quo ad imponendam aliquam modicam pœnam arbitrariam, secus si pœna esset atrox, per l. vlt. ff. de offic. Praefect. vigil. vt tenet Alber. Brun. in 3. vol. statu. in ver. fissare, ver. 3. cit. fi. & idèo si culpa esset magna, posset culposus grauius puniri, per d. iura, quod est not. contra factores, administratores, & negotiorum gestores Dominorum.

181 s Quod non credit:) † Verbum, non credere, in hoc proposito accipitur pro negatiua, sicut etiam in positionibus, & verbum, credere, pro affirmatiua; Pap. in for. positio. gl. per verbum, credere, & ibi addit. sed in responsione libelli petitionis verbum, non credit, nō est simpliciter negare, ita vt qui negat virtute statuti, vel causam perdat, vel in aliquo puniatur, iuxta l. fin. ff. de rei vendicat. & in auth. item possessor, C. qui pot. in pign. Ias. in l. eum qui, nu. 9. ff. de iure iur. & glos. narrata, & ibi addit. ad Pap. in for. respons. tei. Ideo solet hodiernis temporibus apponi loco di-

182 t orum verborum, † quod non constat; & sic non negat, nec affirmit, sed dicens aliquid esse, tenetur probare, si aduersarius dicat nō cōstare, l. qui accusare, de eden. & Iudex, cui nō cōstare, iudi care nō pot. l. illicit. s. §. veritas, ff. de offic. Praefid.

183 t Cum debita reuerēzia:) † hec clausula captat benevolentiam, l. 1. C. de offic. diuerso. Iud. docet Spec. in tit. de aduocat. §. hic dicendum, & de hac Bart. in l. 1. C. de condic. ob cau. quia bonū est habere Iudicem proprium & fauorabilem, pulchrè Rebuff. in Commentar. tract. de recusat. in præfat. in prin. quæ regula fallit, quando Iudices sunt audi pecuniarum, & munierum, quia magis placentur munieribus, quā bonis verbis, vt suprà nu. 39. & seq. & dicunt, vbi est opus factō, verba non iusticiunt, no. gl. in c. pastoralis, de offic. ord.

184 u Pto manutentione:) † inerit, quia honor, & bona fama prevalent diuinitijs, l. 1. §. per hanc enim legem, C. de Summa Trinit. & Fide Cath. & facit l. 2. C. de Episc. & Cler. & bonum nomen plus valet diuinitijs multis, l. scire oportet, §. cum in reliquis, ff. de tut. & curat. Put. in ver. testis, c. 2. num. 4. sed nullus honor melior, quā animam tueri, quæ cæteris rebus præferenda est, l. sancimus, §. penult. C. de Sacrosanctis Ecclesijs,

185 x Acceptando fauorabilia:) † prima fronte verba hæc videntur in libello nostro superflua, verum quia fortè aliiquid factum esset per Syndicatorem ad fauorem Prætoris; idèo abundans cautela non nocet, sed multum etiam in cæteris prodest, si per aduersarios quid dictum factum erit, quod fauet acceptanti hoc modo, vt est in confessione, vel quando actor male agit, vt ante tempus, §. plus petitur, Instit. de act. & vide de Puteum in ver. sententia, cap. 4. nu. 4. vbi ait, quadruplicem esse libelli ineptitudinem, primam ratione solemnitas omisla in libello criminali; secundam respectu ineptæ narrationis, & mala conclusionis; tertiam respectu causæ, & actionis; quartam si vnum narratur, & aliud petitur, supra num. 104. & 105.

186 y Dicit, & opponit: ) † exceptio iurisdictionis declinatoria dicitur, l. f. C. de except. Bart. in l. q-dam consulebat, de re iud. & est prima exceptio omnium exceptionum, add. ad Pap. in for. decl. iurisd. glo. 1. vbi adducitur pulchr. Rec. consil. 22. lib. 1. & in glo. nec fuisse, nu. 14. lit. u. ponit differentiam, si dicatur Iudicem nullam habere iurisdictionem, vel si dicatur, tu non es Index competens, quia primus casu ille non potest pronunciare super incompetentia, secundo casu sic; iuxta gl. in auth. habita, C. ne filius pro patr. & vide suprà nu. 48. vbi ante omnia de iurisdictione constare debet, & infra num. 190. Qua de te Syndicatores conuocatis decurionibus, vel cōmunes res agentibus, solent coram eis ostendere, & exhibere diploma, seu patentes sua authoritatis; & ad hæc vi de Vant. de nullit. ex defect. iurisd. ord. vel deleg. pertot. Rondinel. eod. tract. nu. 292. quibus exhibitis non est opus excipere cōtra personam. Qua de re ante omnia cōstare debet de iurisdictione, Jacob. de Beluis. in sua pract. tit. de fug. reor. nu. 85. 86. 87. & sequ. Put. de syndic. in ver. successor, c. 2. nu. 2. & posset etiam hęc oppositio deseruire, quem Index, quamvis electus, tamen ante assumptionem officij nō gaudet aliquo priuilegio; Sed adhuc est tanquam priuatus censendus, & ideo iniuria ei facta dicitur ut priuatae personæ, Caball. Cas. Crim. 148.

187 z Tales quales:) Nota, †quod ille, qui dicit se tales, tenetur articulate, & probare illam qualitatem, vel aliter de ea docere, Caualc. alias alleg. decis. 12. num. 7. decis. 13. num. 19. par. 1. Purpur. consil. 602. num. 1. & num. 13. vol. 2. Rot. Bonon. decis. Ioan. de Amic. consil. 24. Mascard. de probatio. in ver. qualitas.

188 aa Intempestiuē:) † vide suprà in princ. huius 1. par. quia ante tempus finiti officij non potest syndicari; quia tempus destinatæ conductionis totū cedit Iudici ordinario, Barba. consil. 61. nu. 43. vol. 3. est materia, l. diem functo, ff. de offic. assessor. pulchr. Put. in ver. salarium, c. 6. idem in ver. officialis ad syndicandū, c. 3. nu. 5. Bald. in l. obseruare, §. proficisci, de offic. Ptaſid. & dato quod etiā durante officio syndicari posset, secundum ea quæ dixi nu. 1. tamen non potest contenirri in forma Syndicatus generalis, sed particularis, nec coram ordinarijs syndicatoribus, qui nō habent iurisdictionem, nisi ad certum tempus destinatū, vt est quādo expirarūt officia, Ang. in l. iubemus, C. ad leg. Iul. repet. Put. in verb. durante officio, & in verb. officiales, sed corā superioribus conueniuntur, Caranit. tit. 295. Grammat. decis. 40. nu. 9. & pro causis tantum, pro quibus (si verum esset) prīuaretur officio, Bald. in tit. de pac. Cōstan. in ver.

189 prudētia. † Casus autem, in quibus officialis durante officio cōueniri potest, ponit Soc. reg. 306. in ver. magistratus, Bonacoff. q. crim. in ver. syndicari, ver. durante, pro sententia veniali, pro gravi delicto, & pro contractibus, in quibus obligatus est vbique conueniri posse, Tiraquell. tract. de poen. tempe. cauf. 18. num. 6.

190 bb Non seruat̄ seruadis:) † si ante omnia nō exhibuit patentes, vt suprà in gl. dicit, & opponit lit. y. vel ordinem præposterauit, & modum seruandum per syndicat. vide suprà num. 91. & per Rōdinel. de syndic. nu. 292. primū, ostēdit literas patentes, l. si queramus, de test. secundū, notificat proclama publicē sui adiutus; tertio, emittit banū; quarto, reuidet scripturas, & libros criminales; quinto, elicit grauamina; sexto, edit officialis,

vt respondeat; septimū, monet eum ad videndum repeti testes, & juramentum deferri.

191 cc Dei timoratus:) † facit David Psal. 3. dixi late in 4. parte.

dd Recta intentionis:) suprà in 4. par. num. 360. & alibi.

ee Præcedentibus officijs:) dixi suprà nu. 98. cuni mult. seqq. & num. seq.

192 ff Laudatus:) † vt in l. iustissimos, de offic. Recto. Prouinc. & ideo officiales debent ostende. e literas, seu patētes, in quibus sit fides de benē administrata iustitia in præcedentibus officijs, vi Syndicator statim edoctus sit de qualitate officialis, & si opus erit debet penes acta exhibeti, animo rehabendi, Put. in ver. Iudices, cap. 9. & in princ. sui tract. in eviden. 2.

gg Non potest conueniri:) dixi suprà lit. aa. & Rondinel. num. 115.

193 hh Clarum:) † in claris non est opus coniectari, nec disputatione, l. decem, §. continuus, de verb. oblig. & notorium nulla tergiuersatione colari potest de hoc in pract. de test. par. 3. num. 25. & clara non conueniunt in compromissio, nec in transactione, vt ibi dixi.

194 ii Ignorantia:) † nō cadit in personis literatis, quæ si per ignorantia in cōtinentibus suam professionem fallit, minimè excusantur, l. regula, ff. de iur. & fact. ignor. Ro. consil. 481. Put. in verb. arbitriū, c. 1. nu. 17. nam turpe est Doctori ignorare ius, in quo versatur, l. 1. §. feruus, ff. de orig. iur. nisi

195 propter memoriam imbecillitatē excusat. † Nā omnium memoriā habere, & in nullo deficere, est potius res divina, quam humana, l. 2. §. si quid autem, ff. de verb. iur. enuclean. Put. in ver. Iudex male iudicans, c. 2. ergo in. peritus ob consilium Assessoris excusat, idē in ver. Assessor. c. 1. Ang. eod. tract. de syndic. nu. 8. intellige si Assessor nō est à Potestate deputatus, seu electus, Amad. de syndic. nu. 123. & 124. Bal. l. f. nu. 7. de pœn. iud. qui male ind. Dec. in l. 1. ff. q. quisq; iur. Boss. in tit. de offic. corrupt. pecun. nu. 27. Caroc. locat. & conduct. de var. & extraor. cogti. At si Potestas in eligendo Assessorē exactas diligentias fecerit, prout quilibet prudens, excusat ob imperitiam Assessoris, si deceptus fuit in informationibus sum-

196 ptis super sufficientia Assessoris, † Nam facta etiam prudentissimos homines fallunt, l. 2. ff. de iur. & fact. ignor. D. Menoch. de arb. cas. 55. nu. 12. nisi postquam constiterit de illius ignorantia, quia tunc dicitur in culpa, per ea quæ alleg. in d. ver. Assessor. nu. 9. 10. & 11. facit l. mora, de contrah. em. pt. hec debet amplius illum tolerare, sed de alio sufficientiori prouidere, & magis idoneo, per l. quam diu, ff. de rit. nupt. Put. in verb. clectio. cap. 2. num. 3. & illi Iudices idonei præsumuntur, qui eruditū sunt, & rerum experientiam habent, Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 67. num. 19. & 20. Et Iudex etiam quod ipse, sed Princeps assessorē elegerit si consilium sit euidenter iniustum non excusat, vt aduenti in 4. par. sub numero 309. quod eo magis procederet quando Iudex simul cum assessorē concurreret, nam culpa culpam non relevat, l. culpa, de regulis juris, l. culpa, C. de Malefic. & Mathematic. nisi expresse à Principe iussus sit, vt sequatur in totum consilium dicti Assessoris, quia tunc velit, nolit tenetur, sed cautela eis subscribere non meum, sed assessoris votum sequendo, prout mihi iniunctum fuit, vt aduerteret in d. 4. par. num. 3. 10.

197. † Verum si inhabilis assumat (data opera) officium, remouetur, & salarium perdit, Innoc. in c. prudentiam, de officiis deleg. Catal. de syndic. nu. 177. saltem pro tempore futuro quādō salarium totum solerit in vna vice solui, sicut si per semestre, Put. in ver. salarium, c. 3. num. 2. & intellige, vt per Ang. de Vbal. in l. si vacantia, nu. 51. C. de bon. vacant. vbi dicit, quod si Iudex est in officio negligens circa ea, quæ uniformiter respiciunt totum eius officium, tunc possit priuari toto salario, sed si non uniformiter, tunc pro rata tantum; vide etiam Put. in ver. inhabilitas, vbi in 198 habilem posse de falso puniri; † tamen processus tenet, quando non opponitur contra iurisdictionem, & conclude, quod Iudex tenet de ignorantia, quando scit, vel scire debet, & potest redargui in eo dolus, vel saltem magna culpa, & negligentia, vt dixi supra litt. o, & nu. 78. sicut si aliquid sit prætermissum ex aliqua causa excusabili, vtputa Prætor querelatus sit, quod omiserit citare delinquentem contumacem in auctu condemnationis, vel si condemnauit pro insultu, vulnere, & prima euagatione, sed omiserit condemnare pro membra debilitatione, prout de vnaquaque poena statuta disponunt; Quoniam Prætor potest exhibere acta originalia, in quibus potest apparere rem aliter se habere, videlicet, quia constat in eis de peremptorio, & de seruatis seruandis, iuxta stylum Curiae, in qua ius dicitur, & si dicteretur non fuisse citatum aduersarium accusatorem pro suo iure, & interesse, scilicet in actu condemnationi reum contumacem, potest adduci stylus Curiae, per quem non tolleretur accusator offensus tunc citari ad docendum de suis damnis, & interesse, maxime quando reus non absoluitur ab eis, de quo stylo late Mafcar. de probat. concl. 1317. nu. 51. to. 2. & 199. intellige, vt concl. 1344. nu. 6. 7. & 9. † Et de stylo, sicut de iure, accusator adhucagere potest ad damna, expensas, & interesse, Bald. in l. Præses, C. ad leg. Flau. de plag. dixi supra in 4. par. nu. 207. & infra in verb. damnis, & interesse, litt. oo, multo minus cum petita non sunt, l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infect. & Iudex ea die supplete potest, l. Paulus, ff. de re iudic. Rip. in l. dies. §. hoc autem, nu. 84. de damn. infect. alioquin si petita sunt, & in absolutione, vel condemnatione nihil de expensis dictum sit, reus censetur absolitus, per tex. l. terminato, C. de fruct. & lit. expens. dixi supra in 4. par. nu. 298. & seq. Thesaur. Decis. 135. & si non constat de debilitatione tempore sententia: & Prætor sufficienter prouidet, sibi ius & seruando condemnandi reum in pœnam debilitationis membra, semper & quandoconque constiterit, præcipue si ad talem sententiam instantे fisco deuenierit, quoniam consultum est Iudici, & parti, multo magis si postea Prætor etiam condemnauerit reum in pœnam mutilationis membra, facta fide legitima de tali debilitatione. Nam quandoque habitur annus antequam cognosci possit, an verè quis remanserit debilitatus: accedit sàpè, vt ob imperitiam Medicorum, vel Chirurgorum debilitatum remaneat membrum, qua de re si interim fiscus instet deueniri ad condemnationem, Prætor tenetur sententiam proferre super liquidis, & non super liquidandis, l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præsid. sed cautela est, ne exequatur sententia ante liquidationem, l. hæc autem, §. liquere, ff. quib. ex cau. in poss. ea. Ias. per illum text. in l. 1. nu. 32.

ff. de eden. plura adducit Crauer. consil. 164. nobilis, nu. 2. Nat. consil. 27. nu. 4. Astict. decis. 23 1. & 358. & facit ad excusationem Iudicis, Alex. consil. 94. vol. 4. Solent etiam redargui Prætores sub consimili querela; pone quod reus accusatus fuerit de primo furto, & pendente processu sub fideiussione relaxatus, intereaque arma prohibita in eius domo inuenta fuerint, & ipso reo peremptoriè citato, condemnatus sit pro dicto furto in contumaciam, & deinde facto processu de armis prohibitibus, pariter in contumaciam condemnatus sit; Nihilominus Prætor arguitur tempore Syndicatus, quod stante fideiussione pro causa præstata, tenebatur, emergente causa armorum prohibitorum, sub prætextu prioris delicti reuocare reum ad carcères, vt sisteret, & in contumaciam, fideiussorem condemnare in pœnam promissam, & deinceps procedere pro causa armorum: vim querelans faciendo ad fauorem fisci, eo sub prætextu, quia fideiussio data fuit pro aureis centum, & pœna prima furti erat aureorum decem; & per consequens, non reuocato reo ad carcères ante dictam condemnationem, fideiussio aureorum centum evanuit. Hinc forte Prætor argui posset de inaduentitia, de qua infra nu. 248. sed non tenetur in syndicatu, quia in nullo errate est magis Diuinum, quam humanum, & non sufficit dicere, quod Prætor noluit procedere, vel concedere, nisi penes acta constiterit, quod fuerit requisitus, l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. ultra quod fideiussio data pro vna causa non se extendit ad aliam causam, vt supra in 2. par. num. 198. & 199. Posset, quia immo fideiussor, aut principalis si vocatur sub pœna d. fideiussionis, nec cauam Iudex exprimat, ob quam vocate eos, tunc instantibus illis Iudex tenetur iurare prius quam se constituant, pro qua causa eos reuocat ad carcères, & pro causa iurata intelliguntur vocati, & non ultra, & ideo pro alia causa non tenebuntur parere, Foller. pract. crim. in fragmento numero 251. Alber. Brun. consil. 83. circa primum, col. fin. sequitur Farinac. de carc. & carcerat. quæstio. 34. numero 31. & 32. vbi alleg. Gabr. consil. 177. numero 11. libro 2. consil. 181. libro 1. Doct. in l. 2. ff. si quis caut. Hercul. tracta. cautio. cap. 23. numero 20. Rom. consil. 58. numero 10. & 11.

Ad hoc responderi potest, quod relaxatus pro vna causa, præsertim in Stato Mediol. (in quo Iudices non habent arbitrium) non potest ad carcères reuocari, nisi nouis superuenientibus indicis, vt docet Clar. quæstio. 46. versic. pariter, propè fin, quia, cum fideiussio sit stricti iuris, Maisl. per me allegat. in dict. rubr. numero 95. & 108. vt supra in 2. par. sub numero 221. ad nouum delictum non se extendit, Boss. de sentent. numero 60. & 61. Nec obstat si dicatur Boss. loqui, si reus est relaxatus fideiussore, & rebus sic stantibus, non erat condemnandus; 200 † quoniam ad defensam Prætoris dupli modo respondeatur, primò, quando fideiussio est longè maior pœnam imponenda reo (casu quo eset coniunctus, vel confessus) tunc si reus habet vnde luere pœnam, & tractatur tantum de pœna pecuniaria, & non superuenient noua indicia, sed per contumaciam tantum sit condemnatus, non est opus monere illum vt sista, ergo nec eius fideiussorem, l. cum principalis, vbi Dec. & Cagnol. de reg. iur. casseliorum, eod. tit.

quia nil deperit fisco, arg. l. 2. §. item Vatus, ff. de aqu. plu. arc. Secunda ratio est, quia fiscus ipse, de cuius interesse tractatur, si ad sententiam deueniri instat rebus sic stantibus, & concurrat eius votum cum voto D. Praetoris, & ambo concorditer condemnauerint reum, Praetor omnino 201 excusatus remanet, & iste, qui plus ultra querit, temerarius reputari debet, maximè cum ad eum non pertineat, arg. l. qui omnia, ff. de procur. & est tanquam intrulus, ad instar illius, cui audientia denegari debet, cap. in nomine Domini, 23. distinct. vide infra lit. aza. Iudic. non dicitur dolo carere, qui fungitur officio, & vice notificatoris, seu proprius exploratoris, cum ad eum non spectet, Menochide presumpt. lib. 5. presum. 3. nu. 106. & dicitur esse in mera, & manifesta calumnia, Clar. §. fin. q. 7. vers. fin. in fin. praecepit si alias querelas portuexerit, vel si interessatus cum alijs querelatoribus, aut super aliorum querelis testificatus fuerit, per supradicta num. 101. & sequ. Sicut euam quilibet alius, qui querelat Praetorem de omissis citationibus, vel de huiusmodi omissionibus, quando ex actis constat querelantem esse mendacem; acta enim rem nototiam faciunt, Innoc. in cap. ex insinuatione, de appell.

Et quoniam supra in 2. par. nu. 242. defideiussoribus plene tractauimus, & hic incidenter tertiij, ad maiorem declarationem addo; quod fiduciosus de soluendo pena toties quocunq; affinitatis promittit penam solvere toties, quoties contra factum erit, non tenetur semper, & in infinitum; secus, si promissio stat negativa, ut puta promissio me, vel Tuum non facturum sibi penam soluenda toties quocunq;, quia in infinitum extenditur ista obligatio, maximè si facere est per se delictum, ultra contempsum iudicis, arg. glos. l. fin. & in lib. ho. genus, ff. de conditione & demonstr. vbi dispositio negativa in infinitum trahitur, sicuti dicitur de praceptis negatiis, que obligant super ad semper. secus de affirmantibus Rot. R. o. dec. 10. nu. 2. & 3. alias decis. 480. de consuetud. cap. mihi 364. in antiqu. sequitur: Canale. dec. 27. nu. 3. par. 1. & in materia plurius fiduciosorum, de quibus in d. 2. p. nu. 228. addo quod opinio predicta verificatur per glo. in l. in verb. iurare, vbi Salyc. nu. 6. C. de duabus res. glo. in fiduciussoribus, in vct. nomina, & gl. in l. Paulus, & in verb. & usurarum, ff. de fideiuss. Rot. Sicil. dec. 1. nu. 15. & seq. lib. 2. Capit. decis. 5. nu. 8. & 19. vbi de rata inter eos diuidenda, 202 KK. Ad omnem alium bonum finem; & effectum; ) haec clausula inserit ad constituendum Syndicatorem in mora, dolo, & culpa, ac negligentiā, ut communis practica seruat, l. mora, devit. & habet vim praetribula nunciatio. & facit Pap. in for. libell. in act. no. op. glos. nouum opus, circ. princip. & alios mirabilis effectus operatur, de quibus infra per dissersum, & per DD. in l. non solum, §. morte, ff. cod.

¶ Post tempus; vide tex. in l. is qui, C. ad Turpili. & Pap. in ver. bannum, cap. 1. num. 3. & dixi supra num. 9. & 10. in hac 5. par. & Scap. tract. iur. non script. lib. 3. cap. 20. num. 11.

mm Protestando ex nunc: ) vide supra in prin. huius libelli, & Bart. in d. l. non solum, §. morte, num. 60. de nou. oper. nunciatio. & talis protestatio utilis est, vt inquit Pap. de syndic. in ver. instantia, c. 2. nu. 2. & de clausula, & ex nunc prout extundit, dixi in tract. d. test. in ver. clausula, & Ca-

ualec. decis. 45. nu. 8. & 9. par. 1. vbi conditionem importare declarat, & protestationem hanc retinendi ad tempus futurum, Menoch. de arbit. cas. 185. num. 25.

204 nn Et insuper: ) de iure communis & accusator tenetur satisfare, si ab accusato petatur, C. arant. super rit. Mag. Cur. 199. nu. 4. quem refert Clar. questio. 18. & multo magis, quando Syndicat cognoscit querelatorem calumniat velle, l. 1. §. calumniatores, ff. ad Senatuscons. Turpilia. vide Farinac. de accusat. q. 16. in princ.

205 oo Damnis, & interesse: ) de ijs supra dictum est lit. ii. & per Pap. in for. libell. in act. real. glo. & in florensis, & ibidem additio. vide Menoch. de arb. cas. 122. Put. in verb. expensa, c. 1. nu. 2. per Farinac. de accusat. q. 16. nu. 7. & seq. Can. in. eum dilecti, de dol. & contu. Catal. eed. ital. nu. 111. & 112. Et sicut Iudex de barataria conticuit tenetur ad restitutionem quadruplici, ita & calumniator in quadruplicatis expensis codem harari debet, Put. in verb. barataria, in prin. & in verb. corruptio, c. 1. nu. 6. at ille, qui est solitus querelare, tenetur in duplicatis penis (quamvis querela substantia sit parvus mollementi) homines, C. dedicat. lib. 11. & cui pena quadruplici applicanda sit, vide Carpa, super statu. Mediol. c. 9. c. 40. c. 42 & c. 47. 216. & 217. vol. 2. & infra lit. qq. vers. querelare, & omnino Rebuff. de expens. & damnis, & interesse, vbi omnia practicabilitate occurrentia sine multiloquio declarat. Damnatio iuramento liquidantur, Phanuclie in lit. iurian. part. 2. nu. 74. Plati. ibidem, §. 38. num. 3. Mascal. de probatio. conclus. 470. num. 2. & damnatio non veniunt in simili consideracione facta de expensis lius pro victoria, sed dantax. ratione consumacia, Glo. 1. 1. ff. de alienat. iud. mur. cau. Doctor. in l. eum quem refert. C. de iud. Cabill. Milleloq. 9. 47. p. 1.

206 pp Et si Iudex aut Praetor aliquid pro famulo solvit, & eo repente, Put. in verb. familiaris, c. 5. nu. 8. & in verb. pena, c. 7. nu. 13. Rimini. iun. consil. 303. lib. 3. Boll. tit. de accusat. nu. 27. Clar. q. 62. ver. id nunquid, & ibi addit. nu. 18. & 19. & 20. Mascal. de probat. conclus. 24. & 25. & banniali quidantur iuramento contra calumniatores, Phanuclie in lit. iurian. part. 2. nu. 74. Plotin repet. l. si quando, §. 38. num. 3. C. vñ. vi. Mascal. de probat. conclus. 470. num. 7.

207 pp In initia officiali facta grauius punitur, maximè pro querelis falsis, & extorsionibus impictis, & barataris, Put. in verb. iniuria officialis, c. 1. Rondinel. cod. tract. nu. 67. & 68. Boll. in tit. de offic. corrupt. pect. num. 35. & 37. vi. infra sub nu. 269. Et quando Praetor videt contra se porrigi querelas iniustas, cautela est reconuehire querelantes de iniuria, Put. in d. ver. iniuria officialis, c. 1. num. 4. vide infra lit. dddd, & gggg. Nota, quod Iudex ordinarius non potest procedere contra illum offendentes (vt supra dictum est) sed Iudex noster potest condescere, & bannire delinquentes, tam in suos famulos, quam in seipsum. Nell. de bannit. 2. par. priuiss. temp. nu. 9. Reconuentio pro iniuria, & damnis datis permititur, vt supra num. 374. & iniuria facta officiali potest purgari, sed qualiter vide Farinac. de delict. & pen. q. 17. Franc. Marc. decis. 34. nu. 6. & licet Index ordinarius non sit Iudex competens in cognoscendo circa iniuriam sibi factam, quando pena est arbitratia, l. 1. & ibi glo. & DD. C. ne quis in sua caus. & Farinac. d. q. 17. nu. 44. tamen Iudex noster poterit iniuriantem sibi bannire, & punire,

punire, Nell. de banh. in p. i. temp. nu. 9. Bart. in l. si quis forte, & si quos, ff. de pœn. & iniuria facta officiali non tollitur protestatione, l. i. vbi Scrib. ff. quod quisq; iur. & in l. non solum, s. morte, de nou. oper. nunciatio. An autem iniuria in dubio censeatur facta Iudici, tanquam Iudici, & seu vii publicæ persona, aut tanquam priuato, in hoc multum refert, propter qualitatem pœnæ, & re-currendum est ad coniecturas, Put. in d. tract. in verb. iniuria officialis, cap. 3. num. 4. & in verb. remotus ab officio, cap. i. in fin. Capic. Decisio. 130. numero 12. Qua de te considerandum, an ex causa administratæ iustitiae, & eius officij, & tunc tanquam officio suo, & officiali iniuria facta censemur. Si vero ex causa omnino ab officio aliena, tunc presumitur facta tanquam priuato, dic ut in prima parte, sub numero 225. & in 2. parte, sub numero 65. & alibi, & per Boss. in tit. de iniur. in fin. & per Clar. questio. 68. versic. iniuriat faciens officiali, D. Menoch. de arbit. cas. 263. numero 11. Roland. consil. 48. numero 1. volum. 2. vbi de alapa data officiali, Farinac. de delict. & pœni. questio. 17. numero 38. Catal. de syndic. in fin. vbi tradit. cautelam, vt protestetur, de iniuria in causa reconventionis. Hic volo, vt scias quod quando iniuria est notoria, tunc Iudex potest iniuriantem punire, Innocent. in cap. ex parte, de verborum signification. Abb. in cap. dilectus, numero 3. de pœn. idem in cap. i. vbi Glos. extra de malefic.

208. qq. † Querelare solitus, de quibus tenetur, vide supra litt. oo. Hunc autem fama non excusat, nec indicia, nec præsumptio, nec etiam semi-plena probatio, nec Principis rescriptum, nec vi-lus color, de quibus omnibus apud Mascard. de probat. conclus. 254. nu. 40. Farinac. q. 25. nu. 74. de accusat. Boss. cod. tit. nu. 28. Menoch. cas. 321. & etiam puniti potest in personam, & in amputazione capitii, secundum Bald. in l. data opera, cit. fi. C. de accus. Frac. Marc. decis. 738. p. i. Laur. Ten. caut. 1. nu. 6. cū seq. Qua de re quidam Procurator, qui ob malum patrocinium fuit à Senatu condemnatus in damnis, & expensis versus clientulum, tempore syndicatus volens sarcinam indebet super dorsum Prætoris injicere, allegando culpam illius, non potuit audiri à syndicatore, eo quia etiam eoram Senatu se de Prætore condoluit hac de causa, & tamen fuit à Senatu condemnatus, & sic vii notiorius succumbens, à syndicatore statim repellendus erat, quod est notandum, vide supra num. 112. & infra lit. yy.

rr. Nec ab illis:) vide supra nu. 100. & seq.

ff. Nec ab alio nomine alieno :) dixi supra num. 49. & 50.

tt. De mandato:) dixi num. 49. & 50.

209. uu. † De populo:) dixi nu. 112. vide Farinac. tit. de accusat. q. 12. nu. 8. cum seq. & nota, quod si fiscus est præsens, nemo debet vicem fisca assumere, & si sub eo prætextu aliquid facit quod repugnet factio fisca, non debet nocere Prætori, amota conclusione; vide sub litt. ii. nec obstat id, quod dicit Petegr. de iur. fisc. quia eius dictum procedit, si fiscus non est præsens, & accusatio non fuit instituta; DD. in l. i. ff. de popul. aet. vide supra in 4. p. sub nu. 275. 276. & 280. sed quando super accusatione proceditur, & sententia oritur sic instanti fisco, & cum voto fisca, vt in Statu Mediol. obseruatur, tunc Prætor non potest redargui tempore syndicatus de culpa ipsius, & fisca, quicquid sit contra alios, nisi interuenerit dolus, vel bar-

teria, aut collusio inter fiscum, & Prætorem, vt supra in verb. dolus, & in ver. barataria, quod est notandum, quia quotidianum, Put. in ver. Iudex, c. 3. nu. 4. & videtur facere Menoch. de arb. q. 53. nu. 9. Nam dici solet, quod error communis facit ius, l. i. C. detecti. l. fin. in fi. de offic. Præsid. & infra nu. 241. & 248. & Felyn. in c. de ijs, in 8. li- mit. de accusat. at si de collusione constaret, & de iniustitia simul, tunc querelans bonum opus fa- ceret, gl. fin. in l. Imperatores, ff. de re iud. vbi Ias. Boss. tit. si aduers. rem iud. restit. postuler. nu. 12. & 13. Farinac. de inquisit. q. 4. nu. 13. 14. et 15. vbi 210 colligitur, quod facta per collusionem, nedū nulla sunt, vt de compositionibus, & huiusmodi, sed colludentes pœna graui plectendi sunt. At si reus minori pœna condemnatus fuerit, iterum mo-lestia poterit collusione detecta; Boss. d. tit. si aduers. rem iud. restit. postul. nu. 12. & 13. quod fa- cit contra illos Procuratores, Aduocatos, & hu- iusmodi, qui collidunt cum Iudice pro saluan-dis reis in casibus atrocissimis, & abominabilibus, & inculti, vel aliter non considerant, quod animam mittunt in gehennam, vnde haec iniquæ 211 confiso agenti tuba canet. † Persecutio ergo pri- uatorum delictorum non permittitur, nisi parti laſe, secundum communem sententiam, de qua testatur Gomeſ. de delict. c. 10. & Clar. §. 1. Boss. tit. de prævaricat. calum. num. 11. Cumia. de syn- dic. c. 24. nu. 80. Hinc est etiam, vt si scriptor ali- cuius Causidici inimici Prætoris, vel famulus ali- cuius persecutoris, vel querelatoris tempore syn- dicatus ferat schedulā, in qua plura impieta sint contra Prætorem, eò quia sua non interfit, tan- quam calumniosus sit statim repellendus, & etiā condemnandus ut temerarius, tot. tit. de pœn. te- merè lit. & præsumitur de mandato eius, cui fa- mulatur denunciaſſe, stante odio contra Præto- rem, per l. i. & 2. & ibi gl. ff. de sedition. Boer. cod. tract. de sedition. 7. præsumpt. nu. 34. R. o. cōs. 152. nu. 4. & 5. est enim instigator iste inimicus, & sedi- tiosus, quo casu audiri non debet, c. in nomine Domini, 23. dist. vide infra in verb. iustitia, lit. a, vi. gl. in rubr. de popul. aet. vbi quando pœna pecuniaria fisco applicatur quilibet de populo po- test agere, & tex. l. fin. C. de litig. Aluis. de Alber. sing. 80. car. 169. vi. inf. in glos. testes, sub nu. 230.

xx. Pœna:) dic vt supra lit. uu.

yy. Qui dicta de causa querelarunt, non sunt iterum admittendi eadem de causa, Put. in ver. officiales ad syndicandum, cap. 3. nu. 5. & in ver. compositio. cap. 4. nu. 3. dixi supra num. 112.

212. zz. † Iuramento:) hoc est iuramentum verita- tis, & certificationis, de quo in pract. de test. par. 3. num. 50. cum plur. seqq. Pract. Pap. in for. lib. preparat. in aet. real. & ibi glos. in verb. compel- latis, vbi in simili videtur, quod sapiat naturam iuramenti calumnia, de quo etiam infra, & te- netur Iudex prouidere, & supplere defectum par- tis, Put. in ver. officium Iudicis, nu. 3. 4. & 5. po- nit casus, in quibus Iudex supplere potest, facit Causal. decis. 7. num. 25. pat. 1. sicut Iudex ex of- ficio potest condemnare etiam in expensis, & damnis non petitis, Aſin. pract. §. 32. cap. 2. ampliat. 54. vbi de expensis factis ante item conte- statam, & non ante, & etiam cum non fuerint petitæ, omittere potest, quia si non vult non te- netur, vt ibi num. 4. & dicit, quod petitio expen- sarum (quamvis implicita) tenet, nu. 5. & quod expensa peti possunt etiam ea die, qua sententia est latura, num. 6. & 8.

212. Iustitia: si absque dolo, & barataria sequatur iniustitia, Index in syndicatu de consuetu dñe non punitur, dixi supra num. 61. & in iustitia etiam fieri dicitur denegando iustitiam, sive præ litt. o. Put. in ver. Iudices, cap. 13. 13. 14. & 18. & 19. num. 3. multo magis iniustitia sit in committendo, per l. qui facit, de reg. iur. & Put. in verb. Index male iudicans, cap. 2. sub num. 3.
213. ¶ Vnde infertur, quod si arguatur Index ob caput uram statim concessam sine legitimis indicijs præcedentibus, etiam quod modico inter-  
vallo facta captum relaxari mandauerit, & quod modica captura non dicatur capture, vt supra in  
a. par. num. 9. cum sequ. tamen ob expensas de-  
cursus Index teneretur, nisi periculum esset in  
mora, vel nisi porrecta querela accusator iurauer-  
it accusatum esse suspectum de fuga, multo ma-  
gis si capturandus esset forensis, Bald. in l. & si  
certus ff. ad Sylleian. vbi dicit Iudicem non me-  
reri penam, idem Bald. in l. consentaneum, C.  
quomodo, & quando Index, Blanc. de indic. nu-  
mer. 7. & 8. in fin. Hippolyt. singul. 93. Amad. de  
syndic. num. 252. Dec. consil. 189. ultra quod ca-  
ptura est Iudici arbitria, quod intellige, vt in  
a. part. num. 22. & alibi: ideo Index si in conti-  
nenti relaxauit, est excusatus, nam quia incon-  
tinenti sunt, non veniunt in consequentiam,  
not. Batt. in l. in rebus, §. possunt, ff. commodat.  
& quoad sententiam, quamvis iniustam, si caret  
dolo, Index non tenebit actione iniuriatum,  
Put. in ver. iniuria officialis, cap. 4. num. 2. l. ini-  
uriarum, §. idem, de iniur. sed magna pro Iudice  
excusatio affertur, si incautus supplantatur ver-  
bis, aut facto ab illis, qui supponunt scripturas  
penes acta originalia falsas, vel non authenticas,  
vel admittunt ex fiftia originalium aliquam scri-  
pitram, & suppressum, & ij incurunt penam  
committentis seachum, vt in Statu Mediol. quæ  
214 est pena furti, & ut cauetur in nouis ordina-  
tionibus, seu earum additionibus, in tit. quo-  
modo condemnandi sunt, qui committunt seac-  
hum, edit. anno 1559. die 25. Februarij, & e-  
tiam in pena falsi, Clar. §. faliū, versic. sunt &  
alij, & in versic. partum supponens, (licet defi-  
ciat talis vers.) de quo vide Boss. in tit. de part. sup-  
pos. addentes ad Clar. ibi num. 171. vsque ad nu-  
215 mcr. 200. ¶ & in dubio Index præsumitur po-  
tius circumventus, quam quod iniustitiam fa-  
cere voluerit, cap. bona memoria, de electio. l. 2.  
C. de offic. ciuit. iud. Maseard. de probatio. con-  
clusio. 1139. volum. 2. Bald. in l. generaliter, C. de  
Episc. & Cler. Put. in ver. Index, cap. 1. num. 14.  
& in ver. Index male iudicans, cap. 1. num. 10. &  
in propos. omnino Menoch. de præsumpt. lib. 2.  
216 præsumpt. 66. vbi latè, & Index potest ex cau-  
sa denegare audientiam, cap. in nomine Domini,  
23. distinet. vbi in casu intrusionis, & sic de il-  
lo cuius non interest, facit 3. questio. 1. §. patet.  
Item denegatur audientia in foro Ecclesiastico  
in casu schismatis, & seditionis, vt 23. questio. 5.  
§. non vos. Item in casu cum quis recipit Eccle-  
siam de manu laici, vt 16. questio. 7. si quis deinceps;  
Similiter illis, qui declinauerunt forum;  
Item si quis absque autoritate Superioris ex-  
communicat suum maiorem, 21. distinet. cap. in  
tantum, sic audientia denegatur illi, qui in legem  
delinquit, l. auxilium, ff. de minor. Et si Index  
querelatus sit, quod noluit iudicare, vel aliquam  
declaratoriam facere, vtputa quod apacha ha-  
beatur pro recognita (quamuis scripturas vide-  
rit) non potest de hoc syndicari, docto de impe-  
dimento, vt supra in verb. negligentia, vel quan-  
do adhuc durat instantia, & potest declarari, &  
nihil deperit ei, pro quo declaratio erat fienda,
- 217 Amad. de syndic. numer. 247. ¶ Impedimenta  
sunt, causarum multitudo præuentio, appellatio  
aduersarij, taciturnitas litigantium, tempus di-  
lationum, ordines superiorum, & alia emergen-  
tia, de quibus passim dixi supra.
- Similiter si Index inculpatus sit, quod noluit  
procedere contra officiales suos pro aliqua impi-  
eta extorsione, vel de indebita executione, pot-  
est excusari, si licentia exequendi data fuerit ex-  
ecutoribus ab alijs magistratibus superioribus,  
quia Index inferior non potest se ingerere, vbi  
maior manum apposuit, dixi supra in 1. par. num.  
244. potest etiam excusari Index, quando execu-  
tores ab eo non dependent, vt supra dixi in ver.  
officiale, lit. a. & in ver. negligentie, lit. o. &  
vtroque casu adeundi sunt superiores, item ex-  
satur Index, si adhuc punire potest executores,  
arg. l. nec non, §. sed quod egit, ff. ex quib. cau. ma-  
ior. & in omnem casum, quando famuli Potesta-  
tis sunt syndicatu præsentes, actio est dirigenda  
contra ipsos, coram Syndicatore, vel coram alio  
iudice competenti, & non contra Potestatem, vt  
admonet Io. Lopez in c. per vestras, in 5. notab.  
§. quinto dicitur, num. 10. in fin. Verum non con-  
stito, quod Index dolo aut barataria omiserit iu-  
stitiam administrare, non potest syndicari per se-  
pe deducta, sed si ex actis nil constet contra ex-  
ecutores, & per prætenios grauatos nihil submi-  
nistratum sit, ad quod per iudicem interpellati  
fuerint, cur culpam eorum retorquere satagunt  
in iudicem? imputent ergo sibi, cap. damnum,  
de regul. iur. nec obstat, li mandaretur iudici a  
superiores, vt viriliter procederet contra executo-  
res, cum iussio oritur a precibus partis, & pars sua  
incumbentia facere neglexit, quia Index excusa-  
tur, l. fin. ff. ad Syllan.
- 218 bbb. ¶ Lis adhuc sub iudice penderit, & qui-  
dem calumniosa est querela illius, qui condoleat  
ante grauamen illatum, vel antequam illud sen-  
tit, l. ex consensu, in princ. ff. de appellat. quia in-  
ciuile est, nisi tota causa expedita, doleri, l. inciuile,  
de leg. Melchion. de facin. inter cons. crim. di-  
uers. consil. 79. in fin. tom. 1. sicut dicitur, quod à  
futuro grauamine appellari not. licet, Diac. reg.  
42. vide Lancellot. de Prætor. §. 11. fol. 185. quam  
uis Put. in ver. appellatio. cap. 3. num. 10. vide-  
tur tenere contrarium pendente appellatione, &  
quod Index interim teneatur cauere de indemni-  
tate, nihilominus non seruatur de consuetudine  
tantus rigor, nisi sententia esset evidenter iniqua,  
vide supra in ver. iniqui, lit. q. & in ver. culpa,  
lit. r. & quicquid sit, aliud est si Index adhuc non  
sententiauit, & viget instantia, & sententiare po-  
test, Put. in verb. instantia, vbi per multa capitula,  
nec potest dici hoc esse, quod ab hoc contin-  
git abesse, l. neque natalls, cum simil. C. de pro-  
219 bat. ¶ & quoad appellandum à futuro grau-  
amine, vide Lancellot. de attentat. & adde, quod  
appellatione pendente præsumitur pro sententia,  
Abb. in cap. quoniam contra, col. 9. versic. in 2.  
membr. de probat. vbi Felyn. num. 22. Gab. com-  
concl. tit. de sentent. concl. 6. num. 20. & præ-  
sumptio est, quod Index sententiam iustum tule-  
rit non dolosè neque malitiosè, aut alia quavis  
illicta causa, Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsum.  
9. num. 1. versic. præterea, pulchre Menoch. de  
præsumpt.

- presumpt. lib. 2. presump. 66. num. 24. 25. & 26.  
Vnde non video, quo iure pendente appellatio-  
ne iudex possit in syndicatu molestari ex causa  
dictæ sententiae, nisi quando notoriè constaret de  
dolo, & de parenti nequitia, que res difficilis est  
probationis; quælibet enim causa etiam colora-  
ta, et ut fertur bestialis, excusat à dolo, ut alijs dixi.
220. † Item appellari potest à Decreto iudicis seu  
syndicatoris admittentis aliquem minus legitime  
contra officiale in syndicatu. Neuiz.con-  
sil. 17. num. 74. Felyn. in cap. inter Monasterium,  
de te iud. quia admissio, & non admissio dicun-  
tur sententiae interlocutoriae, Franc. in cap. cum  
cessante, num. 36. & seq. de appellat. dixi in 4. par.  
ante num. 303. lit. F.
221. † eee Nec à forensibus: ) vide quæ suprà di-  
xi, & ille propriè dicitur forensis, qui non est  
subditus, Dec. consil. 550. num. 8. & consil. 661.  
num. 6. & 7. Menoch. consil. 74. vo. 1. Caualc. de-  
cis. 2. num. 15. & 31. cum seq. par. 1. Carpa. super  
statu. cap. 311. num. 8. & suprà in verbo, insuper,  
lit. n. & in publicis delictis forensis accusare po-  
test, Farinac. de accusat. q. 12. num. 11. vide suprà  
lit. uu. vers. de populo, multa congerit Bonacoss.  
in suis quæst. crimin. ad statu. in ver. forensis.
222. † ddd Ignotis: ) ii quidem non admittuntur  
de iure tanquam accusatores carentes nomi-  
ne, Gand. de malef. in rubr. qualiter fiat accusa-  
tio. num. 6. pulchrè Boss. de accusat. num. 3. vbi  
tradit requisita ad accusandum, videlicet nomen  
accusatoris, & accusati, & alia multa, Farinac. de  
accusat. q. 12. num. 6. In pium est enim ignorare  
accusatorem, à quo, & contra quem indebitè ac-  
cusati damna relarciri deb. rent, Bart. in l. 1. ad  
Turpill. & ignota persona non potest in testem  
admitti, dixi in pract. de test. par. 4. num. 101, ta-  
men semel habui in facto in quadam causa val-  
deardua, quod quidem larvatus patefecit mihi  
magnum delictum, & aperuit viam ad inqui-  
rendam, & inueniendam veritatem, & ita res  
clarè in lucem venit, & de libello incerto vide  
Pap. in for. libel. resp. in act. real. vbi glo. in verb.  
libellus incertus, plura per Farinac. de accusat.  
q. 12. si incerti udo causatur à facto rei, admittit-  
tur, Bart. in l. qui autem, ff. quorum legat. & po-  
test declarari per probationes, idem Bart. in l. in-  
ter stipulantem, §. si Stichum, num. 7. & 9. ff. de  
verbos. obligat.
223. eee Bannitus: ) † non admittitur ad accusan-  
dum, not. glo. in l. qui iudicio publico, in verb.  
morti. ff. de accusat. Clar. q. 14. vers. quintus est ca-  
sus, Put. in verb. inquisitio, cap. 3. num. 1. 2. & 3.  
& in verb. inobedientia, cap. 1. Farinac. alios omi-  
nes allegans, tit. de accusat. quæstio. 12. num. 24.  
pulchrè Rom. consil. 152. Baiard. ad Clar. quæst.  
44. num. 26. cum plus. sequ. idem Clar. quæst. 33.  
versic. quæro nunquid, vbi nec testificari potest  
Bannitus contra officiale in syndicatu, nisi in  
casibus pectoralibus cum saluoconductu. Hinc  
est, quod si quis à Prætore in contumaciam fue-  
rit bannitus, & tempore syndicatus mittat quer-  
elam tangentem nullitatem banni, non est ul-  
lo modo audiendus; quoniam esset per indirec-  
tum facere suas defensiones, contra tex. c. cum  
quid. de reg. iur. in 6. & contra ius iam quæsumum  
fisco in ym contumacia, ut infra lit. pppp. & per  
Melchion. inter consil. crim. diuerso. consil. 79.  
in fi. par. 1. & per not. à glo. in l. qui iudicio pu-  
blico, in ver. mortem, ff. de accusat. vbi bannitus  
pro crimine publico, nec etiam in criminalibus
- exceptis accusare potest, Clar. dict. quæstio. 14.  
ver. quintus est casus, Put. in verb. inquisitio, cap.  
3. num. 1. 2. & 3. Farinac. dict. quæstio. 12. Nec  
alius pro dicto bannito, sive pater, sive filius, fra-  
ter, agnatus, aut cognatus, vel affinis potest que-  
relare, Clar. quæstio. 9. ver. item quæro, Alexand.  
consil. 8. 1. reuocatur num. 4. volum. 5. præsertim  
in Statu Mediolani, ut inquit Ias. in l. is qui, C.  
qui testament. fac. poss. quamvis ad probandam  
innocentiam banniti de iure tertius admittatur,  
ut firmat idem Ias. ibi, & refert Mynsing. obser.  
88. cen. 1. 1. non tamen admittitur ad querelan-  
dum Prætorem, Rolan. consil. 43. num. 1. 1. vol. 1.  
Nec tenet ratificatio, cum principalis sit diffida-  
tus, & dicitur hostis Ciuitatis; quod qualiter pro-  
cedat, vide Bossium in tit. de crim. l. 1. Maiestat.  
numero 94. cum ibi per eum adduct. & hic scias  
quod secuti bannitus non potest sub quo quis co-  
lore impugnare sententiam banni, ut supra nec  
etiam fisco licebit impugnare illam pulchrè Ber-  
tazol. Cons. Cri. 259. num. 1. & 2. vo. 2. per reg.  
non licet actoris, & l. nemo plus iuris, de reg. iur.  
Sed ad prædicta aduerte, quia si bannitus ante  
bannum accusauit aliquem, tunc post bannum  
poterit accusatio prosequi ab eo per Procurato-  
rem; ut est Glo. & Bart. in rubr. C. de aleat. lib. 11.  
224. Cæterum † bannitus admittitur in testem ad  
inquirendum in aliena causa graui, & quando in  
huiusmodi veritas ab alijs haberi non potest, idē  
Boss. in tit. de inquisitio. num. 58. & latè dixi in 4.  
par. pract. de test. & per Farinac. latissimè in tract.  
de testib. 56. Similiter si bannitus in alia causa pro  
qua non fuit bannitus ante bannum accusasset  
officiale, vtique post bannum per procurato-  
rem poterit accusationem prosequi, gl. & Bart. in  
rubr. C. de aleat. lib. 11. Etnotadum, quod in Sta-  
tu Mediolani adiuntur duas ordinationes, primus  
anni 1547. & alter anni 1558. quibus cauetur,  
quod si plures in aliquo facto interuerint, in  
casu incertitudinis illius, qui vulnus intulit, om-  
nes comprehensi possunt & quæ in contumaciam  
condemnati in pœnam statuti. Rursus quoad bâ-  
nitos, si aliquis fuerit bannitus in contumaciam  
culpa, & defectu sui Procuratoris, ut tetigi supra  
lit. qq. in fin. non est Procurator iste negligens au-  
diendus postea in casu syndicatus contra Præto-  
rem, ad impugnandam nullitatem banni, nisi  
ex ordine Superiorum, vices Principis haben-  
tium, ad nouas defensiones ille bannitus fuerit  
admissus, per iura, & rationes in præc. huius glo.  
adductas, in multo minus postquam bannum tran-  
sactum esset in rem iudicatum, quæ pro veritate  
habetur, & facit † de albo nigrū, & è contra, l. si  
quis vltro, ff. de quæstio. Boss. in tit. de ban. quid  
amittant, num. 20. At si citati non comparent, sibi  
imputent, tot. tit. si quis iusd. non obtemp. quo-  
niam verus contumax dicitur, l. Senatus, §. quod  
si tribus, ff. de iur. fisc. Stracha de Mercatur. tit. de  
decoctor. in 1. par. vlt. par. num. 29. & circa qua-  
ntitatem citationum attenditur stylus loci, & ita  
etiam quoad modum citandi, Vant. de nullit. ex  
defectu cit. num. 75. versic. diximus, tex. in kmini-  
mè, de leg. & in Decretis manuscriptis in Can-  
cellaria DD. octo de Balia Florent. cauetur quod  
si quis delatus fuerit de aliquo delicto, & citatus  
bis fuerit, si steterit contumax torqueri poterit,  
etiam si non adsint indicia, sed duntaxat querela,  
anno 1551. die 15. Decembris, quod declaratum  
fuit anno 1559. die 7. Septembris, & hic tenebi-  
tur probare suam innocentiam, tantum pollet  
effectus

effectus contumaciae. Nam contra contumaces omnia iura clamant ita quoque sentit Blanc. de indic. sub num. 335. vbi pulchre loquitur. Et post quam scierte bannitos fuisse, cur tempestiuē nō comparuere? vel saltem per excusatorem legitimū non curarunt se constitueret; vt de eorum innocentia docere potuissent, quamvis personaliter in causis, vbi ingeritur pœna sanguinis, vel corporis afflictio, rei teneantur comparere, & non pér Procuratorem, vt sāpiū dictum fuit supra in 2.3. & 4 par. Clar. q.32. ver. 1.2. & 3. Quin imdū supremi Principes de ordinaria potestate nō possunt admittere Procuratores vbi non sunt de iure admittendi, c. veniens, de accus. Mille. pract. crimin. in tubr. denun. for. num. 94. Bertazol. consil. 422. num. 13. vo. 2. latè Gabriel. com. conclus. lib. 7. conclus. 9. Menoch. de arb. quæst. 82. Ideò in omnibus casibus, qui sunt contrarij legibus, statutis & ordinationibus, Principes rescribendo, solent apponere clausulam, non obstantibus, sicut in Reciptis gratiae, & sufficit firma, seu subscriptio Principis, quæ habetur pro expressione clausulae, non obstantibus, vt seruatur Florentiae breui manu.

Et postquam sumus in hac tam quotidiana materia bannitorum, ne nimis discedamus à propria syndicatu tractatione, solent quandoque iudices querelari, quod nulliter aliquem bannierint, & ob bannum ille occisus fuerit, forte speluncia aut premij à statuto, vel à proclamationibus Principium concessi occidentibus bannitos, de quo dixi in 4. par. in materia extensionis, circa quod scias, si bannitus quispiam fuit in vera contumacia, quamvis non plenē coniunctus à testibus esset, si citatus non comparuit, sibi est impunitandum, stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, & coniuncto, de quo per Boss. in tit. de liter. Princ. admit. ad no. defens. nu. 5. Clar. q. 44. Bonacossi. in quæst. crimin. super statu. in ver. contumax, vbi plures remissiū: Quoniam rei contumacia videtur esse in causa, quare fiscus non curauit apertiū, & concludenter intentionem suam contra hunc reum probare, vt sentit Bazar. ad Clar. d. q. 44. num. 28. & qualiter dicatur contumax dixi quoque sup. sub nu. 318. p. 2. non ita procederet quando Iudex in conscientia seiret, citatum fuisse innocentem, vt per Mars. consil. 37. num. 12. & sic vides quantum in omnibus Iudex in foro fori, & in foro poli remanet disgrauatus, quando non facit quidquam contra conscientiam. Punctus est videre super validitate citationis, & inquisitionis; nam si non potuit inquire, minus citari: & ideò si bannitus sit eo, quia non comparuit, res est periculosa pro iudice, quod quidem statutum non intelligit illum haberi pro coniuncto, & confesso, qui nulliter citatus non comparuit, vt declarant præcitat. DD. & Vant. de nullit. ex defect. cit. per tot. & in ter. in tit. quoties, & intra quod temp. num. 44. circ. fin. vbi quælibet dispositio debet intelligi de actu valido ritè ac recte facto, vt trad. Bald. in l. fin. §. in computatione, in fin. C. de iur. delib. Præsupposito ergo, quod iste sclopum contra alium exonerauerit, nullis dictis verbis, & illum lethaliter vulnerauerit forte tempore tripludij, associatusque à multis armatis, non sine magno populi, & cœtus scandalo, etiam inimicitia præcedente ex causa graui, vt est causa matrimoni, & id non prouocatus fecerit, si de ijs aliqualibet habeantur indicia, non est dubium, quod potuit citari, & in contumaciā

condempnari & banniri; quoniam appensatè d. liquisse præsumitur, Menoch. de arb. cas. 361. num. 55. in fin. idem de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 40. num. 27. Blanc. de indic. num. 89. et 90. dixi in 3. par. in ver. inimicitia, num. 125. & ita si vnicuique delicto est sua causa adscribēda, vt dicit Boss. in tit. de homic. num. 62. & 63. causam grauem præcessisse (rebus stantibus) dicendum est, & indicia præcessisse, cum sola contumacia indicium faciat, Boss. de indic. & confid. an. tor. num. 134. Farinac. de delict. & pœn. quæst. 34. num. 174. & 178. & meritò is bannitus in contumaciā iuste bannitus censeri debet; & eò magis cum semper ad omnes actus fuerit citatus, & monitus, & semper fuit cohtumax, nec vñquam, saltem oretenus aliis pro eo verbum protulit ad ilium excusandum, vel aliter, facit Farinac. de inquisitio. num. 49. ver. limita.

Nec obstat quod dicit Bald. in l. deberi, versic. item considera, C. de fideicom. liber. vbi ait, non esse contumacē eum, qui non audet venire ad iudicium, quem refert Cott. in suis memor. in verb. contumax, quia tenebatur saltem mittere excusatorem, ad quod vide Ias. in l. vñica, §. vlt. ff. si quis iudic. non obtemp. Boss. in tit. de indic. & confid. ant. tor. num. 235. Quinimò vna contumacia alteram sequuta est, & sic negligientia supra negligientiam, & contumacia supra contumaciā, & altera alteram grauasse dicitur; & in hoc verificatur illud vulgare, quod contra contumaces omnia iura clamant, DD. in l. contumacia, ff. de re iud. imò aiunt contumaciā esse per sedelictum, d. tit. ff. si quis in ius voc. non ierit, & tot. tit. ff. si quis iudic. non obtemp. l. omne delictum, §. contumacia, de re ini. Menoch. de arb. cas. 153. num. 1. Farinac. de delict. & pœn. q. 18. num. 26. declara, num. 28. & q. 34. num. 75. & distingue inter verum contumaceum factum; & ille dicitur vernis contumax, qui personaliter citatus est, vel ter ad eius domum, vbi tunc habitat, familia eius audiente; circa quod vide Bart. in l. fin. ff. de in integr. reitir. Masuer. in pract. tit. de contumacia, in princ. & alios, de quibus per Farinac. d. q. 18. num. 52. plura adducit Mascard. de probat. concl. 450. nu. 7. & 10. & concl. 1182. nu. 77. vbi quando habetur pro confesso. Cum igitur ante bannum semper tacuerit, & post bannum per sex menses superuixerit, nec ipse, nec alter pro eo comparuerit ad aliquam saltem coloratam excusationem, vel protestationem faciendam, dicitur assentijse, l. qui patitur, ff. manda. l. is qui tacet, cum simil. ff. de reg. iur. Qua de re si postea occisus fuit à suis inimicis, sub prætextu lucri, & præmij concessi occidenti bannitum, quid culpe in Prætore? & in actis etiam diffamatus erat, quod duo patraslet iste bannitus homicidia per assallitum; & in hoc, & in sequenti casu nimis fateor me dilataſſe, sed quia amicum meum seruauit ab huiusmodi querelis in columem, volui casus hos binos recensere, vti quotidianam materiam, & utilem.

Secundus casus fuit de illo, qui de animo deliberato inquisitus, seruatis seruandis fuit in contumaciā bannitus, iuxta ordinaciones status Mediolani: Nam admissus ex ordine superioris ad nouas defensiones, quibus factis fuit liberatus, in præmium querelauit Prætorem tempore syndicatus. Sed repellēdus erat statim postquam ex actis constat, quod Senatus illum contumacem admittere noluit per Procuratorem ad fa-

- ciendum defensiones, nisi prius se personaliter constituerit; quod est argumentum approbans contumaciam, & per consequens quod Prætor iure meritò illum bannavit. Et quia deduxit impedimentum infirmitatis prouenientis à culpa, & factio fieri prohibito, ipsius non fuit admissa hæc excusatio, quia damnum quod quis sua culpa sentit, sibi imputet, cap. damnum, cum vulg. de reg. iur. in 6. in propos. Menoch. de arb. iud. cas. 237. num. 20. Nam iuri amittit delibera offendi alios, sed ab eis offensus remansit, ultra quod non probauit tale impedimentum; quod cum sit factio, probare tenebatur, l. in bello, §. factio, de capt. & postli. teuers. Mascal. de probat. concl. ... Satis est, quod in actis constat de termino à Prætore dato illius excusatori ad probandum tale impedimentum, ut practica seruat; & cum nec dolo, nec barataria, sed in absentia facta à Procuratore fiscalis, & cum voto D. Aduocati fiscalis secuto banno, non est redargendus Prætor, per supradicta, & licet de innocentia aliorum sociorum criminis constituerit, & absoluvi fuerint, id sequitur est post bannum huius b. inniti, & factis exacte eorum defensionibus, vnde non bene inferunt, l. Papinianus, §. exuli, de minor. quæ sunt valde notanda pro iudicibus iuuicibus officiis gentibus in statu Mediolani.
- 226 fff Periurus: ) † Nec iste admittitur ad accusandum, quia infamis, & debet fustibus cedi, Ro. siq. 425. & periurus dicitur, quia iurata dicitur, & iuramentum non seruat, si sine interitu salutis aeternae illud seruire potest, Bajar. ad Clar. in §. periuram, num. 4. & perinus duodecim poenas patitur. 1. cadet in penam I. si quis maior, C. de transact. 2. efficitur infamis factio, 3. non admittitur ad aliquam dignitatem, 4. nec in testem, 5. repellitur ab agendo, 6. perdit beneficia legum, 7. Clericus perdit beneficium, 8. collatio beneficij redditur nulla, 9. appellatur falsus, 10. tenetur parti læse, 11. non potest absoluvi, 12. pautur alias poenas iuxta legum, & statutorum dispositionem, & iura passum super ijs trad. Ias. in l. si dico, §. si quis iurauerit, de iur. iudic. Gaspar Caball. Milleloq. 590. p. 2. Carp. superstati. Mediol. cap. 107. Menoch. de arb. Cas. 3 19.
- 227 ggg In amiss: ) † Clar. q. 14. ver. secundus est castus, & cap. infames, 6. q. 1. l. qui accusate, C. de accusat. Farinac. de accusat. q. 12. & in report. pract. de feli. vbi late dixi quotuplex sit infamia, & quomodo purgari possit, Put. de syndic. in verb. testes, cap. 2. vbi mala fama auget indicia, bona autem illa debilitas & minutus, l. 1. §. hanc enim legem, C. desum. Trin. & fid. Cathol.
- 228 bbb † Criminosi, ut homicidae, malefici, furios, sacrilegi, raptores, saltarij, sortilegi, concubinarij, & similes criminosi repelluntur, l. criminosi, C. qui accus. non poss. Conrad. pract. tit. de accusat. num. 12. vts. quadragesimo octavo repelluntur, intellige & declarata, ut per Farinac. de accusat. sub num. 17. vts. hæc limitatio, vide in 1. par. sub num. 49. & 50.
- 229 iii. † Testes interessati, qui dicantur, vide in pract. de test. in 4. par. & sunt domestici, participes illi de familia, de Vniueritate, de Collegio, & similes, de quibus late num. 22. 23. 37. 115. & alibi, Boss. in tit. de offic. corrupt. pecun. num. 35. Neuiz. consil. 76. num. 7. Et hic nota, quod familiari, milites, & alij familiares, & domestici possunt testificari pro suo Poteestate, & Domino, in ijs, quæ non eos tangunt, dixi in d. 4. par. pract.
- 230 de test. num. 22. & 23. & ita tenet Bald. in l. obseruare, §. proficiisci, 8. quest. ff. de offic. Proconsul. & leg. sequitur Put. de syndic. in ver. testes, cap. 1. Menoch. de presumpt. lib. 5. presumpt. 3. presertim de ijs, quæ sciri non possunt, nisi ab illis de familia, & quando fides eis praestari potest, ut personis probis, Boss. in tit. de denunciat. num. 12. Felyn. cap. in literis, de test. Put. d. cap. 1. num. 2. & 3. & cap. 2. num. 3. vbi excipit Iudæos, & num. 6. Salyc. in l. ea quidē. C. de accus. dixi late in pract. de test. par. 1. num. 112. & par. 5. fol. 297. & 298. Mascal. concl. 165. & 865. & 758. Et quid de eu trialibus Principis vide ibi in d. 4. par. de test. sub num. 28. lit. l. secus si huiusmodi tractant de se exonerando, Mars. consil. 2. † & hinc nota semper, quod testes, qui non probant pro aliquo, ut sunt omnes interessati sanguine, vel participes, si contra seipso, vel suos coniunctos aliquid depontant, tenet, si sunt viri probi odio carentes, Mascal. concl. 858. num. 17. Gab. de test. concl. 488. Simanea. Cathol. inst. tit. 64. Rub. de test. nū. 47. Fatinac. postea visus hos alleg. tit. de oppos. contra perso. test. quest. 53. num. 79. vbi dicit idem si pro parte contra, & partim pro deponunt, per Io. Monticell. in repert. test. in verb. testes inhabiles, & ad omnia prædicta vide Farinac. de oppos. contr. test. quest. 60. num. 23. & 24. vbi de famulo, de portatore, mediatore, & similibus, & per tot. illam questio. tamen coacte, nec pro, nec contra admittuntur, ut in pract. de test. in 4. par. Nec unus testis de populo pro causa populi est testis idoneus, iux. not. per Cyri. in l. parentes, C. de test. Pau. de Cast. coni. 111. nū. 7. p. 1. qua de res. Index querelatus ut nomine populi querelatis non debet probari per illos de populo, vi. sup. glo. in vertice de populo sub num. 209. etc. fin.
- 231 III. Capturatos, ) † de ijs supra dixi nū. 110. & in pract. de test. p. 4. nam. p. 17. lit. N. vts. similiter, Bald. in l. si ipius, C. f. in hercif.
- 232 III. Congregauerunt: ) † dixi supra num. 110. & vide in pract. de test. par. 4. num. 117. lit. N. Put. in voris testis, cap. 3. in prie.
- 233 mmm Querelas: ) † alias dixi num. 110. & nota, quod in pendente iudicio criminali, quis de eo apud superiorum conqueratur, & à superioribus mandetur, ut rescribatur status cause, quo auditio, superior non dicit male factum à iudice, sed tacite illud approbat factum, utputa Iudex condemnavit reum in contumaciam, quia non se presentavit, ut supra lit. eee. iste supplicauit non potuisse condemnari, sed petijit admitti ad nouas defensiones absque personali constitutione, & superior dixit non posse nisi personaliter se constituerat ergo necesse erat, ut se constitueret coram Prætore, quando fuit vocatus, & ex hoc confirmata est sententia iudicis, qui in nullo monitus, nec redargutus est à superiori, facit l. Pomponius, ff. de neg. gest. & quia per gratiam superioris fuit admissus ad nouas defensiones, non est contra Prætorem in consequentiam ponendum, Dyn. in reg. quod ob gratiam, de reg. iur.
- 234 nnn † In syndicatu requiruntur testes idonei, & omni exceptione maiores contra virum probum, de quo bene auditur, & fama bona vniuersaliter currit, & contra malum, & iniuriam iudicem etiam inhabiles admittuntur, arg. eorum, que dixi in pract. de test. 4. par. num. 83. & vide infra lit. 000. & supra num. 109. & 110.
- 235 ppp Qualitatibus: ) † qui se fundat in aliqua qualitate, illam probare debet, vide supra in ver. tales

- tales quales, lit. z. hinc est, quod multi hac de causa succumbunt, ut supra in lit. q. in ver. iniqui, etc. fin.
241. *qqq* † Officiales de generali consuetudine non syndicantur, nisi, ut dixi supra num. 61. & si plures sint iudices, ut de auditoribus Rotæ simul delinquentes, tenentur in solidum, sed executio sit pro parte, nisi alter esset non soluendo, Bart. in l. si multi, ff. de publica. Bald. in rubric. C. de pœn. iud. qui male iudican. idem de pluribus officialibus, Petr. Raue. singul. 490. in re dubia omnes excusantur, quia error communis in actis publicis facit ius, l. fin. in fine, ff. de offic. Praesid. vide supra, num. 209.
242. *rrr* Benè informatam : ) † sunt verba captatio benevolentiae, & iuridica, quoniam Doctor scire iura presumitur, l. Diuins Marcus, ff. de offic. Praesid. l. septimo mense, de stat. homin. §. praescrivere, Instit. de aet. no. Menoch. presumpt. 75. num. 44. lib. 5. l. regula, ff. de iur. & fact. ignor. & Doctores quasi radij solis appellantur, l. Aduocati, C. de Aduoc. diuersi iud. & iurisconsulti duos sales habere debent, vnum scientiæ, ne insipidi sint, alterum bona conscientiæ, ne sint diabolici, vt inquit Bald. in l. 2. num. 7. C. de sent. ex bre. recit, & refert Menoch. de arb. cas. 339. & multa concessi in pract. de test. par. 1. num. 47. attamen Doctoribus hodie parum creditur, vnde sunt deterioris conditionis ceterorum hominum non enim creditur Doctori, nisi alleget in testimonium sibi lexum, glossam, vel Doctorem, qui sepe decipitur si omnia solus scire præsumat.
243. † At si Iudex circa statutum errat, quod insertum sit in volumine statutorum, tenetur de rigore, sed excusat de æquitate, Amad. de syndic. num. 130. vbi ampliauit etiam si non fuit producendum, & eod. num. dicit iudicem excusari circa ius consuetudinarium, per cap. 1. de consuet. in 6. nam si consuetudo allegata non fuit, non arctat, l. l. C. quæ sit long. consuet. Menoch. de arb. cas. 370. num. 3. quamuis contrarium videatur sentire Put. in ver. lis sua, cap. 4. num. 4. ratio differentiæ est, quia ius scriptum semper loquitur. l. Arrianus, C. de haeret. non sic consuetudo, quæ scripsa non est, † Institut. de iur. nat. gent. & civil. §. ex non scripto, altera ratio esse potest propter vim iuramenti, quod à Potestate in principio præstatu solet super statutis seruandis, Put. in ver. iuramentum, cap. 1. vbi num. 5. ait, si duo statuta sint contraria, quod est rationabilius attenditur, vide in 4. par. num. 53. Item Iudex excusatur, si procedit de similibus ad similia, & errat in assimilazione legis, Amad. d. num. 130. & illa dicuntur similia, quorum qualitas est una & eadem, & quorum substantia est diuersa: & æqualia, quorum eadem est quantitas, idem Amad. sub num. 131. vide in 4. par. nu. 44. 51. 104. & 116. & 121.
245. *fff* † Nec possunt syndicati de gestis extra officium, hoc est communiter approbatum, Bart. in l. 3. in 1. vct. not. quod syndici, ff. naut. caupo. stab. ut. in ver. familia, cap. 4. num. 5. Rondinel. num. 276.
246. *ttt* Copiam recipere: ) † dictum est ad sicutatem supra num. 117. cum plur. seq. & clausula, non aliter, in ultum operatur, Caualc. decis. 41. num. 15. par. 1.
247. *uuu* Per iniuriam: ) † vide Bar. in eius quest. incip. Iudex, qui ob imperitiam male iudicavit, & quæ supra dixi num. 59. & idem est per imprudentiam iudicare, Menoch. de arb. cas. 339.
- Caroc. loc. & conduct. tit. de var. extraor. cogn., vide infra lit. aaaa.
248. *xxx* Errorre: ) † Iudex errans ex causa probabili, non tenetur in syndicatu, Put. in ver. iudicate, cap. 3. num. 4. præcipue si est error communis, vide in pract. de test. par. 1. num. 79. & in duobus pro iudice præsumitur, dixi supra in ver. iniustitia, lit. A. & in ver. lis, adhuc lit. B. & num. 209. & 243.
- yyy Partes Domini Syndicatoris: ) supra num. 91. & 96.
- zzz Turpe aut dolosum: ) num. 99.
249. *aaaa* Ex officio: ) † dixi supra eo. ver. num. 122. & ita cauetur in statu Mediolanensi ex noua ordinatione Excel. Senat. edit. ann. 1573. die 14. Nouembri. in quibus mandatur Syndicribus, vt si quid per iniuriam aut inscitiam omisum aut commissum fuerit in processibus, omnium debeat memoriam facere, & vide in No. constiut. lib. 1. tit. de offic. Vic. gener. & adverte quod ibi dicitur notulam facere, & non inquisitionem formare, merito debet breui manu excusationes Prætoris recipere, & iuxta grauamina ponere, & audire orenatus, vt dixi, & infra lit. bbbb.
250. *bbbb* Sine dilatione: ) † Causa syndicatu est summaria, & extraordinaria, & velo leuato decidi debet, Put. in verb. libellus, cap. 1. & 2. no. 10. & 11. vbi leuato velo dicitur sine discussione, & examine negotij, dixi in 1. par. num. 138. Bald. in l. Tribunus, §. cum aliquis, ff. de test. milit. vide infra lit. c. & an Iudex propter breuem instantiam possit terminos cumulare, Put. in ver. instantia, cap. 6. num. 2. Hinc est quod non defertur appellationi, vide tex. in l. nulli, C. quot. app. sicuti non appellatur à Iudice nostro ad Principem si ius dicat super illa causa super quam potest condere legem, perl. 1. §. sciendum, ff. qui, & a quib. Sebastia. Regnicol. super Constitu. Mediol. in proem. versic. videmus, & versic. Nec appellatur, quamvis inter Doctores sit magna controvrsia, vt refert Put. in ver. appellatio, cap. 1. num. 16. qui tamen num. 18. magis communem opinionem ac veriorem esse ait, quod appellare possit huius timore; à statutis & ordinationibus appellatio est prohibita, at si officialis per dolum aut baratarianus condemnatus fuerit, appellare non potest, vt inquit Carpa. ad Stat. Mediol. cap. 131. num. 40. vo. 1. Rol. sing. 131. Lancellot. tract. de attenta. tubi. de appellat. pendit. limit. 20. sed non est sublatum remedium confugiendi ad superiores, Marant. de ord. iud. in 6. par. in ver. reclamatio, num. 11. & in ver. supplicatio, nu. 13. par. 6. actu 2. Lancellot. de attenta. cap. 12. limit. 10. num. 16. & in materia Brachij. Regij nota, quod non appellatur, quia Iudex noster æquiparatur præfecto Prætorio, vt in 1. par. l. 1. ff. de offic. præfect. & l. 1. §. sciendum, ff. qui & à quib. & declarâ, si super illa causa iudicetur, super quam valet condere legem, Sebastia. Regnicol. super constitut. in procem. ver. nec appellatur, & à sententia præfecti Prætorij non appellatur, Marant. 6. par. num. 250. actu 2. Bart. Soc. cons. 195. incip. circ. primum, vol. 2. vbi latissimè Put. in ver. appellatio, cap. 1. num. 18. Menoch. cas. 70. num. 2. & 13. multò minus à sententia Senatus, cas. 68. num. 34. & in casibus celeritatem requirentibus, nec si ex officio proceditur, Marant. d. actu 2. nu. 19. Lancellot. de attenta. 3. par. c. 18. rubr. de sententia, nu. 25. nisi tractaretur de ma-

gnō praeiudicio, num. 3. lib. 2. & licet in hoc appellationi deferendum sit, tamen Iudex nō tenetur sub syndicatu humano, sed solum habet Deū vtorem, Menoch. q. 70. num. 8. sicut dicitur de eo, qui iurauit iuramento litis decisio, nam non potest in foro fori argui postea de falso, Fanuc. de in lit. iuran. membr. 5. num. 2. 3. par. Idem si causa est remissa arbitrio alicuius, quia appellari non dicitur, Lancellot. d. cap. 28. num. 3. nec potest appellari à futuro grauamine, Carpa. super statu. Mediol. cap. 131. num. 40. vo. 1. Diaz. reg. 42. vide supra in ver. lis adhuc. Nec causa quando est commissa cum omnibus illis clausulis, de quibus in 1. par. & per DD. quos supradicti allegant, & vide tot. tit. C. quor. appell. non recip. Soc. reg. 40. Oria. c. quoniam contra, 22. col. Spec. de appell. §. quibus, Nouell. concor. gl. concor. 6. vbi ponit 121. modos, quibus appellari non licet, Duen. reg. 45. & à condēnatione Potestatis eius officiales appellari non possunt, Marant. d. 6. par. actu 2. num. 301. & num. 230. ponit reg. cum 9. limit. Et licet causa sit summaria, & regulariter non detur repulsa testibus, Abb. in cap. veniens, il 2. col. 5. in princ. de test. tamen fallit in causa syndicatus, in qua semiplena probatio non sufficit, sed probationes perfectæ, & concludentes requiruntur, vt dixi num. 106. 107. vide Marant. de ord. iud. 3. par. 9. distinct. num. 63.

251 ccc † Absolutio, vel condemnatio fieri debet intra tempus instantia syndicatus, l. 1. C. vt omn. caus. verum, quia etiam post terminum sententia lata tenet, l. patre furioso, ff. de ijs, qui sunt sui, & tenet Put. in verb. instantia, cap. 2. cum ibi per eum adduct. & Bald. in §. judices, de pac. iur. fir. vbi inquit, quod si Iudex non expeditat intra tempus, non tenetur si pars non petijt, idem in l. statutis, C. de sent. tamen stante hac praeuentoria protestatione, sententia est nulla, secus si tacuisse, pulchre Ro. consil. 15. plura num. 4. versic. ex quibus resultat, & per hanc protestationem, & interpellationem Syndicator constituitur in mora, l. Titia, §. vsuras, C. de fid. instrum. & ita tenet Put. d. cap. 2. num. 3. circ. fin. vide num. 172. & de materia absolutionis, & condemnationis vide late in 4. par. num. 276. cum seq. vsque ad num. 290. & in statuto Mediol. in nouis constitut. ad sunt ordinationes Caroli V. Imperat. & in tit. de officio Vic. generalis instantia Syndicatus est 50. diebus, & non ultra, & si relatio in Senatu facta erit de causa syndicatus, querelatores tenentur querere expeditionem, vt in no. ordinationib. dicti Senatus 1580. versic. cum in publica audientia. Et si non fuerit per iudicem, quo minus causa non expediatur, tunc elapsis diebus quinquaginta dicitur esse præclusa via querelatoribus, qui non poterunt dicto termino elapsi amplius molestare officialem, quoniam dissimulatione, querela dicuntur abolita, & causa Syndicatus perempta, l. non solum, §. 1. & l. sed si unus, §. si ante iudicem, ff. de iniur. & §. fin. Instit. eod. tit. vbi glos. & in §. quod autem, Instit. de vsu cap. vbi glos. in ver. aboluta, & dicuntur destitisse, Spec. in tit. de accusat. §. 5. & tex. in l. destitisse, ff. de iudic. & ille, qui non prosequitur querelam, definita querela, ar. l. quod ait, §. lex ait, ff. de diuer. Sed in omnem causam antequam audirentur, tenerentur reficerem omnes expensas officiali, ex quo deseruerunt causam, Bald. in l. eos, §. Apostolos, C. de appell. A fin. §. 2. cap. 16. num. 16. quamvis instantia causæ principalis perempta nullus audiri

deberet, Caualcan. decis. 17. num. 20. par. 1. 252 ddd Condemnando:) † & hic etiam scias quod calumniosi querelatores nedum tenentur ad damna, interesse & expensas duplicates, & quod duplicates, vt supra dixi in verb. damnis, lit. 60. sed actione iniuriarum si reconuenti fuerint, vt supra in ver. iniuria, lit. pp. & calumniatores officiæ etiam hodie poena talionis puniri possunt, Fatinac. de delict. & pœn. q. 16. num. 1. qui licet, num. 3. dicat non seruari, tamen num. 7. firmat, quod querelantes falsè officiales magis puniuntur, quam si priuatam personam querelant, Put. in ver. iniuria, cap. 1. num. 5. vbi eadem pœna puniri, si de crimine publico accusant, securus si de alio crimine non publico, Rondinel. cod. tract. num. 67. & Demosth. in orat. 1. contra Atistig. contra calumniosos querelantes viros crudelites, & ait eorum naturam esse viperinam, & Menoch. de arb. cas. 322. num. 11. & 12. recenset de Aman qui incidit in crucem, quam ipse Mardochæo parauerat, vt in lib. Hestet. de pœna prævaricatorum, quorum numero quosdam Advocatos, & Procuratores esse dicit, quando collu- 253 dunt cum parte, † & clientulos produnt, vide Ang. de Vbal. in l. si vacantia, num. 53. C. de bon. vacant. & pulchre Put. eod. trac. de excess. Advoc. cap. 1. vbi quando promittunt pro vna parte, & patrocinantur pro alia parte, num. 25. sed quod peius est, quandoque pro vtraque parte subdolis artibus causas sumunt, & faciunt pactum de quota lute, quæ abhorrenda sunt, l. item, vbi Bart. C. de pact. arg. l. eum qui, C. ad leg. Iul. de adult. & in cap. 1. tit. de eo, qui arma bell. depo. l. natura liter. C. de Episcop. & Cler. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 7. num. 16. Item actor, qui cum reo colludit, & econtra, vt tandem per præditionem perdat causam sub fide, sub qua incumbentia deserit, & interim instantia labitur, vt est de more illorum, qui videntes causam de iure vincere non posse, astutia & bonis verbis fraudant aduersarium, Menoch. de arb. cas. 323. & vide supra in 1. par. 254 in ver. proditor. † & Prævaricatores appellantur patrocinantes pro vtraque parte, & incurvant infamiam, l. Athletas, §. item prævaricator, ff. de ijs, qui not. infam. tenentur etiam pœna arbitria, Menoch. de arb. cas. 323. Boff. eod. tit. de prævaricator. num. 2. & 5. Fatinac. de inquisit. q. 4. num. 15. & non licet etiam causa principali finita patrocinare pro parte aduersa in causa appellationis, Bajai. ad Clar. q. 62. num. 17. Poena autem istorum plures sunt, 1. infamia, 2. priuatio officij, 3. tenentur ad damna & interesse, 4. puniuntur pœna graui, vel letiori iuxta qualitatem causæ & patrocinij, §. sententia obtenta per prævaricationem est nulla, vt de ijs omnibus per Doctores, quos copiosè allegat Fatinac. de inquisit. quest. 4. num. 15. vbi etiam pœna falsi puniri possunt, & in aliqua Ciuitate Genuæ extat statutum, lib. 3. cap. 9. vbi multantur qualibet vice in aureis, 50. contra sententiantes, & in lib. 10. vsque in cœlum contra patrocinantes, etiam sub pœna suspensiois arbitrio syndicatorum, & hac de causa statutum fuit, quod Doctores, & causidici teneantur subscribere scripturas, & supplicationes, vt etiam 255 Florentia, sed male seruant, † & quando instigator, vel accusator possint torqueri, vide Carrer. in sua pract. crim. fol. 148. num. 181. & hodie querelator, seu accusator pœna falsi si est interpellatus, an querela vti velit, & probationibus superinde factis, Boff. tit. de accusat. num. 24. Clar. q. 62.

- q.62. versio. sed quid si accusator, in fine, refert Farin. q. 16. num. 4. & 7. Vbi propriè de querelantibus falsò officialem, qui tenentur pœna extraordinaria, & in causa ciuili argentes falsò officialem de barataria, tenentur ad affirmationem litis, et in causa criminali in confiscatione bonorum, sed Boff. in tit. de offic. corrupt. pecun. num. 26. & 27. dicit teneri in expensis tantum, & calumniator potest de iure inquire, Bart. in l. 1. in princ. ff. ad Senatusc. Turp. & ultra refartionem damnorum, & expensarum tenetur etiam ad pœnam, vide inf. lit. gggg. Boff. tit. de accusat. num. 27. & debet unica sententia condemnari, Bald. in l. Athletas. §. calumniator. ver. quæro. ff. de ijs, qui not. infam. Item per viam principalis actionis, Farinac. q. 16. num. 30. ubi plures allegat Boff. d. tit. de offic. corrupt. pecun. num. 37. ad hæc Mascal. de probat. concl. 24. & 25. vo. 1. & in Reg. 256 Neap. † Syndicatores notam infamiae incurunt, si veros calumniatores non condement in expensis, ut in c. Regis Roberti, quod incipit accusatorum temeritas, vbi Afflict. & dicitur calumniator verus, qui scienter falsam querelam intentat, & not. glof. com. approbata in l. 1. §. calumniatori, ff. ad Turp. sequitur Farinac. q. 16. num. 10. cum per eum adduct. num. 11. & præsumptus calumniator est, qui accusationem non probavit, vel ab ea desistit, quique potest etiam de calumnia condemnari saltem in expensis, l. 1. §. 1. C. de Aduoc. Hip. Rim. consil. 303. vo. 3. maxime in causa syndicatus, ut multoties seruatum fuit ab Excell. Medioli. Senat. quia ita obseruatur conuertidone contra calumniatores officiales, securus inter priuatum, & priuatum, Farinac. d. quæst. 16. num. 11. & 12. cum seq. & vide suprà num. 252. & in denunciatore voluntario tenet Clar. q. 7. in fin. Farinac. d. q. 16. num. 17. & infra lit. ffff. 257 † Hinc nota, quod si famulus querelatoris afferrat notulam diuersarum querelarum ad D. Syndicatem contra officialem, à quo nunquam aliquam molestiam accepit, præsumitur ad instigationem domini notulam portasse, cum de suo interesse in eis, nec pro aliquo suorum tractetur, Ro. consil. 152. num. 4. & 5. vide glof. seq. 258 *eeee* † Querelatores & cæteri, qui nominantur, omnes tenentur tanquam calumniatores, l. 1. §. incipit, vbi Bart. ad Turp. vide Farinac. de delict. de poen. d. q. 16. num. 14. vbi de instigatore, solicitatore & filio, vel promotore, Paul. Ghirl. de relaxat. carcer. tit. de calumniat. cap. 1. vbi etiam in secreto instigatore, & in quolibet subministrante falsos testes, Laud. in Clem. s. p. de verbis. significat, Boff. de offic. corrupt. pecun. num. 28. Iaf. in l. 2. num. 3. ff. quod quisque iur. & qui dicantur calumniatores, dic ut per Menoch. de arb. cas. 321. Fabia. à Monteleo. in pract. arb. in 4. par. num. 234. cum mult. seqq. & num. 652. & 657. vbi de practica procedendi contra calumniatores. 259 *ffff* Hæredes: ) † disputant Doctores, de quibus hæres teneatur, quando, & pro quibus, & vice quequo, & glof. Bart. & Cyn. in l. 2. C. ad leg. Iul. repetun. tenent, quod intra annum hæres teneatur, alij distinguunt, aut lis est contestata cum defuncto, & hæres non potest conueniri de eo, quod ad eum non peruenit, sed de eo quod ad eum peruenit perpetuo, iuxta opin. Azonis, & Puteus refert alias opiniones in verb. hæres, & in fine tenet hæredem non posse conueniri pro facto defuncti criminali, nisi lite prius contestata cum de functo, vide Ang. in l. 4. §. hoc autem, de damn. infect. & quæ dixi in 4. par. num. 141. Franc. Marc. decisi. 776. num. 8. Balia. ad Clar. q. 62. num. 15. Ber. tazol. consil. 362. Menoch. cas. 321. Franc. Ton. tul. vol. 7. num. 3. 4. & 5. 9. & 10. & vide omnino Plot. in l. si quando, num. 772. 773. & 774. cum seq. vbi ait, quod statuta & omnia alia iura, quibus cauetur credi debere damnum passo, non habere locum, nisi contra principales malefactores, non autem contra eorum hæredes, per tex. l. alio iure, cum simil. C. de in lit. iuran. Capie. decisi. 91. num. 2. & ampliat, quod multo minus poterit iurari in item contra tertios bonorum possessores, Bertrand. consil. 291. visis, in fi. Castrensi. consil. 124. vo. 1. & ad id, quod de ijs in quibus defunctus dolosè egit, vel omisit, videlicet in actionibus bonæ fidei, ante litem contestata, tunc sicuti contra defunctum potest iurari in item, ita & contra hæredem, est tex. & DD. in di. Lilio iure, C. de in lit. iuran. Bart. in l. in actionibus, col. penult. num. 21. ff. eod. tract. & ita dicit, & alleg. Plot. vbi suprà num. 774. fecus in actionibus stricti iuris, Iaf. d. l. in actionibus, ver. tertio. Et in delictis vbi hæres de dolo defuncti tenetur, id locum haberet respectu pœnae pecuniariae principaliter, & non in consequentiam, & pro damno & interesse, ut in furto, & huiusmodi, cum scilicet lis fuit contestata cum defuncto, Gomes. var. resol. tit. de delict. cap. 1. num. 85. versio. item interfur. Dec. in reg. toties. num. 3. de reg. iur. Bart. in l. 1. ff. de priu. delict. Sed adverte, quod condicione furtiva transit contra hæredes de functi, etiam si lis non fuerit contestata, l. si profure. & in re furtiva, ff. de cond. fur. Gomes. d. cap. 1. num. 85. ver. quod limita. Menoch. de recuper. poss. remed. 1. num. 157. & 158. cum seq. Valsq. controuer. Illustr. lib. 3. cap. 96. num. 24. Farinac. in tit. de inquisitio. q. 10. Bonifac. tract. de fur. §. quod iure naturali, num. 82. 83. & 84. vide in propos. quæ dixi in 4. par. num. 138. cum seq. Postremo nota, quod hæres fideiussoris non potest in personam stagiri licet fideiussor ad id se obligauerit, quia tale pactum ad hæredes non translit, Bart. & Alex. Iaf. & alij in l. si decesserit, ff. qui satisfat. cog. Caualc. in reper. decisi. in ver. hæres debitoris, p. 1. & quantum & qualiter iniuria estimanda sit, & quomodo libellus procedat, vide in 1. par. sub num. 262. lit. A. in fin. 260 gggg Pœnas iniuriarum: ) † Nota quod actio ne iniuriarum tenetur, qui per calumniam officialem querelat, l. iniuriarum, cum simil. ff. de iniur. l. damnum, C. eod. & cautela est, per quam calumniator non effugiet pœnam condignam, vt reus agat actione iniuriarum, & agens obtinebit etiam criminaliter, eo quod calumniator non probavit iniuriam, Boff. in tit. de præuaricator. & calumniator. num. 8. alleg. Soc. consil. 218. vo. vlt. vel ad columnam, aut ad murum, vel valvas Prætorij tenentur pœna capitis, Put. de syndic. in ver. iniuria officialis. cap. 1. num. 6. quia durante syndicatu, Prætor si offendatur, punitur offensor, ac si offendere illum durante officio, auth. iud. sine quoquo suffragi. Bald. in l. obseruare, §. proficienci. q. 7. ff. de offic. procons. & Menoch. in add. ad Cas. 263. ait de illo, qui ficas iudici fecit. Thesaur. decisi. 229. vi. Bertaz. consil. 17. num. 15. 261 † de libellis famosis dixi in 4. par. num. 389. vlt. que ad num. 403. & isti infames dicuntur, si obloquuntur contra iudicem probum, l. iudicis ff. de iniur. multoque magis si libellum famosum com.

- tra iudicem conficiant, quo casu pena libelli famosi tenentur; eo autem tanto grauior esse dicitur, quanto à summis Pontificibus, ac Christianissimis Principibus est magis detestata, & actiter indicta pena, ut testantur sacri Canones in titul. de maled. & in titul. de iniur. & damn. dat. & in leg. Imperial. sunt duplicati titul. in ff. & Cod. de iniur. & libell. famos. & in Bullis summorum Pontificum Pij V. Gregorij XIII. Sixti V. nec non, & Clementis VIII. in quibus summopere inuehitur contra pestiferos detractores, & pena excommunicationis, & ultimi supplicij, ac confiscationis bonorum contra mortis detrahentium est comminata; quo casu tanto maius existimat delictum, quanto magis perpenditur pena, l. respiciendum, ff. de pen. & iuxta qualitatem penae delictum maius atque minus reputatur, & in tantum hoc delictum absoritur, quia statuta penam duplicitia pro delictis nocturnis, comprehendunt quoque libellos famosos, ut pet Decia. qui de eo. testatur. tractat. de delict. tom. quinto, lib. primo, capit. octauo. sub nume. decimo, contra opin. Bartol. in leg. aut facta. ff. de pen. & in hoc prop. declarat. op. Alexand. consil. 77. in causa accusatoris, nume. decimo, volum. primo. Catal. de Syndic. quæstio. 73. versic. addit. quod statutum, ut supra in quarta parte sub. numero 115.
- h h h Petens: vide supra lit. i. in versicul. 263 in principio, & notandum, quod quando petitur condemnari aliquem in expensis, Index tenetur si pars succumbit, Marant. in sexta par. 3. memb. nu. 18. vide tractat. claus. libell. cat. 688. in versi petens.
- 264 i i i i In principio: Notandum, quod multum differt protestari ante factum à post facto; nam primo casu sufficit semel protestari, l. Titia. §. v. sutas, vbi gloss. de legat. secundo, ibi, tamen pro non mora hoc habendum est, Menoch. de arb. cas. 220. nume. 26. Ro. consil. 427. nume. primo, facit tex. l. si tempora, Cod. de fid. instrumen. Bartol. in l. qui ratione, §. cohæredes, de verbor. obligation. & l. de pupillo, §. si quis Prætori, nume. sexto, ff. de nou. oper. nunciat. per l. si intra, Cod. de non nume. pecu. sic transit Alexand. in d. §. si quis Prætori, per distinct. Bartol. in l. mora, de visur. & tenet Put. in versicul. instantia, capit. secundo, nume. tertio, alioquin in alijs casibus interpellatio saltem semel fieri debet, Ro. d. consil. 427. incip. in proposito casu.
- 265 K K K Non tantum dicto modo: hæc clausula tollit omnem libelli ineptitudinem, & includit omne ius vtilius ipsi protestanti quoquo modo intentandum, Marant. in sexta part. tertio membr. nume. 16. & Alexand. consil. septimo. volum. tertio. Menoch. de arb. arbit. quæstio. 47. nume. quinto, & sexto, vbi nil operari si deficit potestas, Ruin. consil. 174. in fin. volum. primo, & quando modus ex verbis, expressis descendere non potest, Vant. tractat. nullit. ex defect. iurisd. or. numero 174.
- 266 1111 Clausula, Non se adstringens, operatur, ut quis non teneatur probare qualitates deductas in libello, Bartol. & Dd. in l. Diuus, ff. de re iud. & transfert onus probandi in aduersarium, quando est deducta per modum
- excipiendi, secundum Bartol. d. l. Diuus, & pro parte excipientis non operatur, nisi vt valeat tantum probare ex abundanti ea, quæ ad victoriam faciunt obtinendam, Spec. de libell. oblat. §. fin. & in dict. tractat. claus. fol. 687. & seq. Marant. in sexta part. tertio membr. nume. 17.
- 267 m m m m Carere exhibitis: hæc clausula de stylo apponi solet, præcipue à Caufidicis Genuensibus, & est admodum salutaris, & iurium conservatoria, Alexan. consil. 130. volum. 4. & importat reparationem præjudicij præsentis & futuri.
- 268 n n n n Domicilium: per hanc electionem domicilij prouidetur ne officialis superfluis vexetur impensis, arg. l. ampliorem, §. in refutatorijs, de appellat. Rebuff. in convent. de elec. domicil. gloss. prima, nume. tertio, quarto, quinto, & sexto, vbi plures rationes adducit, præsertim propter fauorem minuendarum litium, & sicut querelatores non vagantur in perquirendo officiale, ita & multo magis succurrendum est officiali, ut in iudiciis æqualitas seruetur, l. non debet actori, de reg. iur. vbi Dec. & domicilium eligere quis non tenetur nisi petatur, l. vniuersa, & ibi Ias. Cod. de prec. Imper. offer. & debet peti pendente processu, Rebuff. d. gloss. prima, nume. 61. & 62. & potest peti in quacunque parte iudicij, ut domicilium eligatur iuxta causum exigentiam, ac pro euitandis grauamibus, arg. capit. ex parte. vbi Cano. de appellation. Bald. in lege secunda. Cod. de procurat. Iason in lege, ita demum, colum. secunda. nume. quinto. Cod. eod. de procurat. sic Rebuff. de elec. domicil. gloss. prima, nume. 12. 13. & 19. vbi in quacunque instantia locus est petitioni eligendi domicilium, & num. 27. vt de vna iurisdictione in aliam quis cogatur eligeat, vt in propos. nostro, & nume. 30. & domicilium eligi debet in loco, in quo quis sine obstaculo valeat citari, lege nihil, ff. ad municipalem. Rebuff. dict. glo. prima, nume. 34. & 39. vbi in omnibus causis tam plenarijs, quam summarijs, & tam ciuilibus, quam criminalibus, & domicilium eligere tam ad actorem, quam ad reum respectiue spectat, capit. quoni am, de probatio. Rebuff. vbi su-
- 269 pra nume. 55. Et nota quod licet officialis electus efficiatur ciuis, vbi officium gerere debet, Ro. consil. 427. nume. primo, gloss. ord. in lege ciues, Cod. de incol. libr. decimo, & ibi Luc. de Pen. & in lege, prima, ff. ad municipatio. Put. in versicul. ciuitas officialis, capit. primo. tamen nunquam dicitur contrahere domicilium ibi, quamvis ultra tempus permanset, Alciat. consil. 55. nume. nono, quem citat Domin. Menoch. de arb. cas. 66. nume. 28. sed non approbat, sed inquit esse in arbitrio indicis, nume. 29. & ante num. quinto. ait, domicilium animo contrahi; ergo officialis aut scholaris, qui in loco morantur non animo habitandi, sed animo duntaxat exercendi officium, vel studendi, domicilium non contrahunt etiam per mille annos, vt inquit Dom. Menoch. nume. sexto, & septimo, Bursat. consil. 225. nume. 41. & 42. volum. 2. facit tex. in lege, est verum, Cod. de agric. lib. decimo, lege secunda, & tertia, Cod. de incol. lib. decimo, gloss. in lege prima, Cod. de

ser. fug. Cyn. in lege Senatores, Cod. vbi Senator. vel clariss. Bald. in lege prima, quæstio. quarta, Cod. vbi de cri. agi. oport. Ange. consil. 27. & text. in lege nihil, ff. de capt. & postli. reuer. Mafcard. de prob. conciul. 535. & Menoch. de præsumptio. libr. sexto, præsumptio. 42. & præsumptio. 30. & vt dicatur contraxisse domicilium, oportet ut inibi onera sustineat, & sit scriptus in libro ciuiam, & ex alio cognoscitur, ut si quis vendidit bona sua in sua patria, & reemit pura Florentia bona stabilia, ibique habitauit, secundum Dec. consil. 283. colum. penultim. Maria. in cap. fin. de for. compet. Paris. consil. 12. numer. 17. in tertio volumi. & de hac practica eligendi domicilium scripsierunt Spec. in titul. de re-scriptio. præsentia. §. ratione autem, versicul. quid si non decernantur, Bartol. in extraug. ad teprim. in versi. per edictum, circ. fin. quomodo in crim. læsi. Maiesta. procedatur, Host. in sum. de for. competen. §. quibus ex causis, Rebuff. loc. cit. de elect. domicil. vbi amplissime, & tandem per Dd. in l. domicilium, ff. ad municip.

**270** **0000** Citati ad omnes actus]: est materia leg. de unoquoque, ff. de re iudic. latè Marfil. & Oria. in capit. quoniam contra, de probat. Pap. in for. respons. rei, gloss. in termino, nume. tertio, Socin. Reg. in versicul. citatio, Vant. de nullit. ex defect. citat. per tot. & an semel citari ad totam causam sufficiat, vide Feder. consil. 170. & Clar. quæstio. 31. versicul. quarto modo. Verumtamen actus sine citatione subsistit quando non apparet quinam sit Aduersarius, vel procurator. Si quis prouocatus sit, & nesciat contra quem se conuertere debet. Afin. prac. §. septimo, versicul. 117. solent tamen Citationes in for. absentium fieri ad valvas Ecclesiæ vel Prætoris. iuxta stylum Curiatum.

**271** **pppp** Relationis]: hic non agitur de relationibus publicorum executorum, de executione facta aut prohibita, vel de relationibus fiendis per nuncium, de citationibus & cæteris intimationibus, de quibus dixi supra in secunda part. num. 73. sed de relationibus, quæ fieri solent à iudicibus ad superiores, vel ad Principem de causis ciuilibus aut criminalibus, referendo statum causæ, vel referendo definitiū cum voto, ut in statu Mediolanensi, & in statu Florentino, ut de ijs notat Spec. in titul. de relat. in princip. & loquitur tex. in lege prima, in fin. vbi Bartol. & Bald. Cod. eo. de relat. & in cap. constitutus, de appellat. & pulehrè per Marant. de ordin. iud. in sexta part. actu secundo, nume. septimo, & in statu Mediolanensi non possunt iudices absoluere neque condemnare reos, vbi ingeritur pena corporalis vel arbitaria, idem iubetur DD. Syndicatoribus, ut in noua constitutione titule offic. Vicar. general. §. non possunt, lib. primo, & bonum est habere copiam relationis antequam transmittatur, ne forte per errorem cessante malitia & circumventionibus, partium relatio sit diminuta; ut euénit supra nume. 62. in causa syndicatus Domin. Prætoris Serauallis; quoniam facta pro infectis haberis non possunt, lege non dubium, Cod. de leg. & stultus lapidem in puteum iniicit, sed ad illum extrahendum mille sapientes non suffi-

ciunt, & si eripiarur, impensis magnis & labo-ribus inauditis opus est.

**272** **†** Ft ideo cautela est offerre copiam relationis (quæ secretè non sit) cum termino parti-bus ad dicendum & opponendum, & termino transacto, & parte non opponente, Prætor tutus erit, nec deinceps tempore syndicatus querelari poterit, si aliquid forte omiserit, ar- leg. nulla intelligitur, de reg. iur. nam Prætor præsumitur in bona fide esse, secundum Cyn. in auth. generaliter, Cod. de Episcop. & Cler. quæ bona fides in priuata persona non præsumeretur, secundum Bald. in lege secunda, Cod. qui accus. non poss. at in iudice liberum arbitrium habente multo minus mala fides præsumitur, Put. in verb. arbitrio. & in verb. an is cuius arbitrio, & alibi; nisi & ipse malus esset, quo casu liberi & absoluti arbitrij indignum iudicauimus in prima part. nume. 42. Sed quid dicendum, quando Senatus, vel huiusmodi superior, mandaret fieri relationem de omnibus delictis, & querelis contra aliquem (vt ita loquar) insolentem & temerarium; quibus auditis, rescriptum sit tam detruendum esse in carcera pro quindecim capitibus delictorum, poterit ne iste audi-ri tempore syndicatus contra Prætorem, quod indebet nullo criminis impictus, quasi innocens carceratus fuerit? certè non; sed quia querela huiusmodi redarguit Prætorem de falsa relatione, & accusatio falsi sit popularis, Clar. §. falsum, in princ. In causa falsi accusatoris vi. Bald. qui tenet contra Bartol. & sequutus est ab omnibus. in lege quicunque, sub. nume. 28. C. de ser. fug. hic querelator in præmium suæ temeritatis debet condemnari saltem in pœnam tritemij, iuncta mala qualitate, & eius personæ capacitate, Boss. in titul. de offic. corrupt. pecu. nume. 37. & supra in gloss. iniuria; nam ea pœna plectendus est, qua plecte-retur Prætor, si dolose factam relationem fecisset, per quam quis infamis fieret, & corporali pœna afficeretur, si vera esset, Bartol. in lege si quis obrepserit, nume. primo, ff. de falsis, Alexand. consil. 11. nume. quarto, volu. primo, Marc. decis. 898. nume. primo part. secunda, quamvis contrarium sentire videatur Gand. de malef. titul. de fals. nume. 23. Sed loquitur in persona priuata, secus est quando contra personam publicam falsa accusatio in-stituitur, lege Papinianus, §. exuli, de minor. Ad quod minimè aduertunt nimium audaces, qui curant munera publica sub quibusdam col-oribus vilescere, & opprimere officiales cor-ram Principibus, & quod peius est, contra veritatem & ad vindictam, ut quod iniustè cu-piunt, & per iustitiam obtinere non valent, per obliquum consequantur. Et huiusmodi falsa contra officiales attentantes, etiam am-putatione capitis puniri deberent, & tanquam zizania eradicari prius perforata lingua; sic pla-cket Baldo dicere in lege data opera, Cod. de ac-cusat. Marc. decis. 738. in hoc quarto loco non possum non mira de Dom. Petro Cabario vi-ro humanissimo, & prudentissimo (cuius au-thoritati, & dignitati multum defero) post-quam prouocat modernos criminalistas con-tra ipsum, cum ad hunc propositum in suo cas-eti. 166. in terminis sub nume. 12. dicat, quod est valde notabilis, & modernis criminalistis ignota

ignota, & tamē hic vides eandem rationem, easdem authoritates multo tempore ante ipsū sum amē editas. Ad aliud est etiam aduentendum, quod aliquando ex causa solet dari adiunctus iudiciorum, & cum essent in voto discordes, ex quo visum fuit consulere superiorum, qui non respondit, nec iussit quid agendum, interim ille iudex ob finitam tempus sui officij discessit, & aduenit nouus successor, coram quo Procurator fiscalis insistit deueniri ad expeditionem dictæ causæ: poterit iudex successor monere partem, seu reum, vt intra aliquem terminum congruentem resolutionem à superiori requirat, & ei præsenter, quod si non fecerit, poterit instante fisco ad expeditionem deuenire, & maximè h̄ diu resolutio huiusmodi expectata fuerit, imputet sibi rens de propria negligencia, leg. mota, vbi Dd. Cod. de vñr. & sup. in versicu. culpa, & in versicu. negligencia, vid. Gomes. var. resolut. titul. de delict. capit. primo, numero 23. per tot. Clar. §. final. quæstio. 51. versic. Hac etiam, & Prætor non poterit querelari, quod pendente relatione causam expedierit inconsulto Senatu, si est de illis, qua absque relatione expediti possunt: Primo, quia ratio ob quam antecessori suo fuit adiunctus datus cessavit in successore, & cessante causa, cessat effectus. Tiraquell. tractat. caus. cessa. in versicu. suspicione cessante: Secundo, quia aliud est, quod causa auocetur apud superiorum, vt dixi in prima par. numero 244. cum mult. seq. & hoc casu verum est, quod iudex à quo non potest amplius se ingere. Lancellor. de attenta, in secunda par. capitulo decimo, dixi in hac quinta par. numero 28. Aliud est consulere superiorum in causa discordia de modo agendi, quia in statu Mediolanen. ex ordinibus Senatus 1580. prohibitum est, nisi certa forma à iure, vel ab ordinibus data non reperiatur; & vbi pars intra mensem tenetur reportare expeditionem: & si per Senatum intra trimestre non fuerit expedita intelligitur remissa ad iudicem ordinarium, vñd de supra numero 251. isto in casu, durante officio & potestate iudicis, qui talem relationem fecit, poterit & ipse reum monere ad reportandam resolutionem, quanto ergo magis successor suo hoc permittitur, qui cum instantia, & voto fisci causam expedire curauit; qua de re Prætor excusat, Bartol. in leg. bonorum, ff. de bonor. post. Nec obstat, si post Prætoris expeditionem reus curauit expeditionem reportare (stacens quid fuerit inde securum) & expeditio Senatus non sit in totum consona cum expeditione Prætoris, quia satis excusatus remanet Prætor ob moram rei, ob votum fisci, & quod ipse sine dolo & barataria ad expeditionem monita parte deuenierit, vt supra in versicu. dolosi, lit. p. & numero 67. ultra quod Piegator suam poterit tueri sententiam, vt in gl. ini. qui, liter. q. Quia de re si antecessor discordans fuit cum adiuncto, & punctum vere non tergit, & inepte Senatum consuluit, non est mitrum, si Senatus aliter rescriperit, adhærens voto adiuncti. Et ut in futurum sciant Prætores se tueri à linguis dolosis, sciant quod in statu Mediolani adiunct nouæ constitut, ac Princeps proclamata cōjunctantia illos, qui prius euaginaverint ensem contraria alium; pone mo-

